

que bonitatem intueamur. Intermittunt, atque ab-
rumpunt reverentia, & amoris sensus, easque laudes,
quibus illum celebrare tenemur, & adhuc dici pot-
est, hoc minimum esse malum, quod curiositas par-
tinet. *P. le Valois Epistola 6. de Recessu.*

Dissipatus
& curiosus
interiori
vix fac-
pius est.

Cum Deo communicari in hoc primo sedulo
incumbendum est, ut mentem, & cor quibuscumque
quid in illis rebus expediant. Qui scire querunt,
quidquid fiat, oculosque fugiter habent apertos, ut
alienos mores explorent, qui praclaras praerentes
causas quibuscumque generis negotia amplectuntur,
illisque immisceantur occupationibus, quae ad ipsos
minime pertinent; hi sane plura debent abicere,
ut sese ad convertendum cum Deo apte disponant.
Hujus via vir tantum abest, ut dispositus sit ad fa-
miliariter communicandum cum Domino, ut ne id
cogitet quidem, tunc etiam cum ad id cogitare ma-
xime tenetur. Interim Deus non loquitur illis, &
si loqueretur, numquid audiret; ea in agitatione,
si loqueretur in turbis, quibus homo suam ex-
plere curiositatem contendit? *Autor recens.*

Ut nosmet colligamus, quemadmodum oportet,
ad interiorem vitam vivendam, ante cetera evita-
nda sunt inutiles omnes curiositates, ad quas nos rapit
naturalis quaedam libido omnia sciendi. Videre
volumus quidquid sese nobis offert, audire quid-
quid dicitur, & denique quibuscumque specie ob-
iectis immorari, & cum S. Augustino loqui a-
vidissime famelicis cogitationibus nostras circumferimus
in imagines omnium terrenarum rerum, & hic inor-
dinatus appetitus eam in nobis gignit perturbatio-
nem, quae satis exprimi nequit. Efficit enim, ut
naturales animae nostrae facultates in perquisitione
inanium voluptatum exhaustae, pares non sint, ut
intrinsecus vires omnes suas colligant in vacaturae
exercitationibus, ex quibus major utilitas percipiatur.
Ex Epistola Surae tom. 1.

Quamvis
in curiositate
non sit
mala
causa.

Ad vitanda mala omnia, quae ex curiositate pro-
ficuntur, satis nequaquam est sibi interdicere spe-
ctacula, aliaque profana solaria, quae majorem men-
tis dissipationem, & cordis effusionem efficiunt; re-
cedendum quoque est ab istis coetibus, ubi facit
mimicque narrativulae afferunt, & ubi id unum
queritur, ut cum proximi detrimentum oblectentur.
Non loquitur autem de nimium liberis coetibus, ubi
mens, & cor non dissipantur solum, verum etiam
omnino corrumpuntur: de illis loquitur, qui indiffer-
entes vocantur, in quibus omnia fabularum genera
venduntur, ubi narrantur quaecumque in Civitate
fiunt, ubi familie omnes censoria veritate narrantur.
Verum esto, non aliud committatur malum;
nonne satis magnum malum est, inde referre men-
tem proflus dissipatam, inanisque referantur ideis
semper recurrentibus cum de Deo cogitandum est,
& orationi vacandum? Adde, si vis, te ipsum col-
ligere, atque in hoc statu permanere, abstinendum
esse a superfluis visitationibus, quae ad tempus tan-
tummodo tradendum inveniuntur; haec enim jam
dissipationis nota est, secum morari non posse, &
alibi oblectationem inquirere. Et sane quis inhi-
cari poterit hujusmodi visitationes, moralitque con-
versationes in nobis molestas relinquere imagines
eorum omnium, quae visa, & audita fuerunt, at-
que ut plurimum nos ex hujusmodi coetibus rece-
dere mente inani, & fatigata, quae inde ut plu-
rum fastidium refert, unde voluptatem percipere
cogitabat? Hoc denique nobis persuasum esse debet,
quandoquidem satis aperte docet experientia, in-
eptos hos sermones, inutilia colloquia, superfluas vi-
sitationes prohibere, ne justam aliquam vitae ratio-
nem sequi possimus, ne orationi tempus necessa-
rium possimus tribuere, omnibusque statibus nostri,
& Religionis officii perfungi.

Non desunt nos quaedam ex quibus spiritus nos-
tri dissipationem cognoscere possumus. Hujusmodi
sunt gaudia nimium effusa, in quibus spiritus ipse,
& cor extra se videtur egredi, & ubi satis liqui-
dum apparet nondum acquiritum fuisse in omnes af-
fectus imperium, facile enim ea consecramur, quae
spiritu rationali sunt indigna. Haec effusio lati-
tiae in peculiaribus occubibus fieri consuevit, cum
nostrum metipsum obliviscitur, ac parum caute
nosmet tradimus curiositati. Illud vero divino spi-
ritu multo magis oppositum est, necnon maxime
dissipationis indicium, cum semper laeti, ridentel-
que sumus: non enim desunt nonnulli, qui nullam
maturitatis speciem non facie, non verbis, non ges-
tibus praesentent. Id genus homines hilaris ingenii
dicuntur, qui nihil dicunt, quin in solutos ca-

chinnos erumpant, & immodica ferantur læritia,
qui curiosus omnia scire festinant, ut oblectandi
occasione arripiant; qui mortalium omnium ri-
sum excoitant, qui quaecumque vident in jocum
tradunt, ac dummodo facerentur, negotium
illis non facillit, utrum tanta, infandaque dicant.
Haec sunt dissipatae mentis indicia. *Pater Guille-
m. Tractatus de sensuum mortificatione.*

Qui tantam praesertim curiositatem, inane gau-
dium, ac mentis evagationem, liquido ostendit se
Deo repletum non esse, & sanctis illis motibus
recipiendis nequaquam parem; necnon facili nego-
tium, quocumque sese offerat occasio, evagari per
cordis sui effusionem. Neque dixeris hos homines,
qui semper laetantur, qui omnia conquirunt, qui
nihil dicunt, quod non sit ioco, aut sale conditum,
ne dixeris, inquam, id genus homines a gravibus
obtrectationibus abstinere, sedulo carere, ne quem-
piam laedant, eorumque vivendi genus culpa-
care. Est quidem, eorum vita non aequa sit crimi-
nosa ac impiorum, & eorum, qui se omnibus
sceleribus mancipant; verum hincne carader est
veri fidelis, qui Deo dignus sensus fovat, atque
omnibus officiis suis vacat? Hec mentis dissipatio
nonne illis communicari, qui cum ipsis consueve-
runt? Nonne ex omnibus coetibus proficit sermo-
nes, qui aliquid pietatis sensum immittite pos-
sent? Nonne contra immoderatum gaudium in-
spirat? *Idem Tractatus de Spiritu sermo.*

Curiositas
est spi-
ritualis ava-
ritia.

Curiositas, vel desiderium res inanes sciendi spi-
ritualis est avaritia, non minus periculosa, quam
quae circa temporalia bona versatur, curiosi quippe
in eandem cordis decidunt ariditatem, & avari.
Hi quidem vitam suam tradunt replendis arcis,
opibusque congerendis, quin illis pro salute sua
utuntur, eas pauperibus erogantes; illi vero quin
vera pietatis spiritum concipiunt, & humiliores fiunt,
prout doctores evadunt, semper magis sunt vani,
prout majorem scientiam acquirunt, propria cog-
nitionis exultatione insumunt. Saepe quidem
veritatis fulgorem diligunt, sed illius praxim effu-
gunt; aliquando eam cognoscere gaudent, non ut
meliores evadant, sed ut sapientiores videantur,
atque in coetibus majorem laudem accipiant &c.
Dissipatio ex morali Christiana in Pater.

Quot fideles vitam suam in rebus inanibus tran-
sigunt, tantummodo ut sua curiositati faciant sa-
tis? Alii quidem inquirunt: Philosophicum lapi-
dem sua dissipant bona, suaeque officium valeat-
dem sperant, se tandem inveniuros, quod nunquam
invenient. Alii placet locupletissimas fructe Bi-
bliotheas, pretiosissimis libris repletas, quos quidem
elegantissime compingi volunt, sed quos nunquam
legant, eisdem vivendi mera voluptate contenti.
Quot tabulis ingentis pretii, & ab egregis pictori-
bus; elaboratis oblectantur, & ad eas comparandas
ingentem auri vim impendunt? Quod voluptatem
suam in viridariis excolendis collocant, eaque pul-
cherrimis floribus, fructibusque exquisitissimis or-
nat: ex Regionibus exoticis accerit, ut se solos id
genus fructuum, florumque possidere gloriantur?
Alii alia querunt, atque sumptibus minime parcent,
ut suam expleant aedem. Cum autem hujusmodi
occupationes inanes sint, & ad salutem inutiles,
atque ad curiositatem, & oculorum concupiscen-
tiam explendam tantummodo interserviant; peccata
sunt, de quibus coram Deo ratio erit reddenda, eo
quod temporis iactura facta est, & opes in has na-
gas expenit, quae in pauperibus alendis erant in-
strumenta. *Ibid. l. 8. sect. 4. art. 1. sup. n. 33.*

Abicite, S. Augustinus ait, omnes has pericu-
lolas curiositates, quibus spectacula, ornatus ser-
vorumque pompam tantopere deperitis; aicite im-
probos curiositates, propter quas proximi vestri adio-
nes, moras, negotia, exploratis. Verum sancta vo-
bis curiositas iustit, ut cognoscatis tot malorum ab-
ductorum genera in Xenodochiis, in carceribus, in
caliginosis locis, ubi persequitur habet pauperes ex
divitum adibus ejecta. Quin voluptuosa spectacula,
profanosque concentus consecstemini, audite clamo-
res, gemitusque egenorum, quibus panis deest;
cum interim vos inter delicias versemini. Quin
vestram fovatis vanitatem, aliaque affectiones
excitatis oblectantur tabularum, magnificorumque
aularum intraliti, languentem charitatem excitat,
miseriam subite testa, ubi in fordibus, & squalo-
re genti, imagines JESU CHRISTI, patientium &c.
Essays de Sermones pro sexta post Pentecosten Dominica.

DETRACTIO, CALUMNIA, ET QUIDQUID PERTINET AD JACTURAM ALIENAE EXISTIMATIONIS. MONITUM.

Quemadmodum detractio vitium quovis tempore in paucis fuit vulgatissimum, ita huic argu-
menti Sermones frequentius in SS. Patrum scriptis occurrunt, & de Christianis suggestibus au-
diuntur. Pauci Concionatores Argumentum hoc intantum reliquere, & nos collegimus ea qua
validiora, & aptiora censuimus ad vitiis adeo communi, & perniciosi horrorem citandum.
Admonendum dumtaxat est, licet discernim, quod calumniam inter ac detractionem interset,
prosequi sit, exploratumque; tamen utrumque in eadem concione conjundi veluti duas ejus-
dem peccati species; cum simpliciter detractio calumniam solam falsitatem, atque mendaciam ad-
jicit, quae quidem circumstantia est peccatum aggravans, ac illius reparationem difficiliorum efficiens.
Saepe equidem animadversum perperam esse argumenta, quibus libentius aures adhibeatur, quam cum contra
detractioem sacer Orator invehitur; adeoque nullum esse, quod majorem concionatoribus occasionem praebet
mores hujus temporis vitiis exhibendi. Quamobrem accepta hac attentione utendum est, ut criminis
horror imprimatur, & ut iustus existatur metus, ne quis in hoc scelus ruat, seu malum, quod novit, in
apricum profectus, seu malum, quod ab aliis proditur, audiat.
Argumentum hoc pertractantibus utilissimum quoque monitum est, ut praesertim in arca, atque inevitabili
necessitate immoretur reparationi boni, qui per detractionem aut calumniam proximo praeripsum fuit; nihil
enim aptius esse potest ad coercendam proclivitatem, qua naturaliter in hoc peccatum ferimur, sed reparationi
huius difficultas enaggrandanda est, quae illam arduam quidem, non autem impossibilem efficit.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Varia Sermonum hujus argumenti Systemata.

I. PRO concionis partitione, & argumento de-
sumi possunt tres propositiones, quae quid-
quid hac in re validissimum, magisque ne-
cessarium est, complectuntur. Prima est,
homines vulgo non perhorrescunt, quod tamen
illud passim committunt. 2. Crimen turpe est, sed
nostrae quidem amittenda, & sine metu existimationis
patriat. Tertia, contagiosum crimen est, ad quod
evitandum nulla tamen cura adhibetur, multoque
minus ad reparandum.

horrent, quandoquidem ipsum facile, omnibus in
locis, omnibusque in coetibus parant? Quomodo
vitiū hoc omnium statum est, conditionum om-
nium, omnis generis mortalium; ut hoc recrea-
tionis loco quodammodo habeatur, ut sine ulla re-
ligione patretur, ut merito etiam fieri verent scire
alienis sumptibus societati placere, eique afferre
delectationem. Hoc in loco ad offendendam cri-
minis magnitudinem, & enormitatem, latius differi
potest de injuria, qua afficitur proximo, cuius of-
ficium existimationi, quae quidem honorum omnium
pretiosissimum est: deque fineliss detractionis esse-
dibus, necnon de obligatione, quae contrahitur, in-
juriam hanc quocumque pretio reparandi &c.

Propositio prima: Grande crimen detrahitio, S. Ber-
nardus exclamat. Et profecto licet detractor nihil
efficeret mali, praeterquam quod unionem, concor-
diam, fraternitatem infringeret charitatem, inex-
plicabile quidem malum efficeret, ac seipsum gra-
vissimam sceleris reum staturerit, fundamentalem
Christianae Religionis legem evertens. Dei Filius
agnoscens quanti momenti esset hanc servare pra-
cipuum Regni sui legem, pridie quam moreretur
triam insignia opera operatus est; ad hoc enim ador-
abile Corporis sui Sacramentum instituit; explici-
tum Apostolis suis mandatum irrogavit, ut sese
mutuo diligenter: Aeterno Patri suo preces fudit,
ut illos in dilectione hac confirmaret. Corporis e-
nim sui Sacramentum, quod Communio vocatur,
nonne ideo recipitur, ut simul omnes uniamur,
quemadmodum S. Augustinus testatur: Mutuae di-
lectionis praecceptum, quod JESUS CHRISTUS Apo-
stolis tradidit, nonne ad eorum consensionem
spectabat? Denique Patrem suum oravit & pro il-
lis, & pro cunctis, qui in ipsum erant credituri per
predicationis eorum ministerium. *Ut omnes unum
sint, sicut tu Pater in me, & ego in te;* ut omnes
unum essent ad imitationem admirabilis illius uni-
tatis, quae in adorabili Trinitate est inter Patrem,
ac Filium. Quid autem detrahitio? Quantum in ipso
est, fundamentalem hanc legem evertit, & labefa-
dat: eas sejungit personas, pro quarum unione
Deus suum effudit sanguinem: animos eorum sepa-
rat, quos quotidie Dominici corporis Sacramentum
unire contendit, mutuae dilectionis praecceptum infringit
odio, invidia, & zelotypia, quae flagrat in eum,
de quo obloquitur, ac sensu ultionis, & inimicitiae,
quem laesum in laedentem fovet: inutilem efficit ora-
tionem, quam Dei Filius iam inter mortuos pro
omnium fidelium unione effudit, ac discordias ferit
inter eos, qui nunquam fortasse in gratiam sunt
reditura. Hoc illud est, quod peccatum hoc coram
Deo quidem adeo enorme efficit, coram hominibus
vero odiosum adeo: fed quam parum illud homines

Propositio altera, Detrahitio peccatum non mi-
nus turpe est, quam horribile, & enorme; quod for-
tasse negare sibi persuadet, cogitans hac re sibi
acris ingenii laudem conciliare, cum voluptate ab
omnibus audiri, totius conventus plausus mereri,
& denum complures hoc pacto narrationis lepida
texenda laudem aucupari, &c. Hoc pacto vult etiam
haberi sincerus, ac improborum malorum, vel sal-
tem lepidus homo, qui risum excutere novit, ac
infirmam cuiuslibet partem deprehendere. Verum
nihilominus hoc turpe crimen esse proba. 1. Quia
non ferenda ignavia est abientem, & qui se tueri
non possit, qui ne hifcit quidem, & qui se fortasse
nunquam laeti, laceffere; vel si tibi est inimicus,
ignava profecto ultio est illius existimationem dete-
rere, quem coram non auderes attingere. Proprios
defectus aperit, qui in apricum profert alienos:
ostendit se subiratam esse, atque dolorem suum dissi-
mulare non posse, se invidum, superbum esse,
quia metuit ne alterius existimatio suo nomini offi-
ciat. 2. Habetur tamquam maledicus, quo caracte-
re nullus sane turpior est. *Summa turpitudinis est,
nihil scilicet, S. Bernardus inquit.* His tamen non
obstantibus detractor impudens est, cui neque parum
propria existimatio cordi est, ac aliena.

Propositio tertia. Vitium hoc est etiam contagi-
osum; & nihilominus nulla adhibetur diligentia ad
illud vitandum, nulla cura ad cursum illius inhi-
bendum, vel ad illatam injuriam reparandam. Hic
primum offendendum est, quomodo secreta detractio
sele effundat, ac publicus rumor fiat; deinde vero
quomodo detractor malum, quod intulit, separare
teneatur, & quam difficile hoc facere possit.

Offendendum est, quamvis detractio vulgatissi-
mum sit crimen, & ad committendum facillimum,
difficillime tamen dimitti.

Primum: Peccatum hoc vulgatissimum est; hoc
satis docet experientia. 1. Hoc maxime naturale
Bbbb
est;

est, superbia animi, & glorie desiderium, quod ex ipsa nobisqum gerimus nativitate, nobis suadet alius obtrahere, ut ipsi crescamus, cum aliena glorie imminutio, nostrae incrementum videatur. Quodammodo necessarium videtur; in coetibus enim qua de re sermo habendus fit, ignoratur, nisi de aliis instruat. 3. Facillimum est, quia detractores non fatigantur, & detractiones cum voluptate audiuntur. In aliis omnibus peccatis aliisque semper metus est, ne quid detrimentum nostris pariat eximitatio; sed detrahens nihil veretur, immo oblectatur, & quovis tempore, & loco detrahit; omnia mortalium genera hoc possunt efficere, & detractio tot variis modis committitur, ut nemo hoc agere ignoret; ideoque nihil hoc vulgatius est, nihil facilius.

Secundo; peccatum hoc adeo commune, adeoque facile, quod committitur, difficillime tamen dimittitur, detractio enim non charitatem solum, verum etiam iustitiam laedit; & peccata contra iustitiam non remittuntur, nisi illatum reparatur damnum, & laesio fiat satis: Quantum igitur rara est detractionis reparatio, difficilis, & moraliter fere impossibilis; tantum difficile est veniam illius obtinere. Furtum est, homicidium est, maior est iniuria, quae mortali possit inferri; illi enim existimationem auferit, quem saepe bonis ipsis, vitaeque habet charitorem. Damni huius reparandi ostendenda est difficultas. 1. Ex parte illius, qui oblocutus est, qui animam inducere nequit ut palinodiam canat, si calumniam intulit, & nescit quomodo se gerere debeat, si tantum alterius fame obtrahat. 2. Ex parte illius, de quo oblocutus est, hunc enim satisfaciendum est &c.

III. Pro Concionis argumento, & partitione desumpta hinc S. Bernardi locus: *Detractio grande vitium est, detractio grande peccatum est, detractio grande crimen est.*

1. Grande vitium est in habitu. Oritur ex superbia, odio, invidia, omnium vitiorum nequitiam continet, ac illorum instrumentum est. 2. Grande peccatum est in actu propter damnum fere irreparabile, quod inferit proximo. 3. Grande crimen est propter funestos exitus & mala, quae parere consuevit.

IV. In duabus orationis partibus ostendi potest primum malum, quod detractio parit, in quam adeo proclives sumus vel ob animi levitatem, vel ob aliquam aegritudinem, Secundo bonum, & utilitatem, quam percipere possumus ex detractionibus, quibus nomini nostro obtrahatur.

Primo, quoad malum, quod nostrae parit detractiones. 1. Charitatem violant proximi existimationem ledendo. 2. Discordiam, ac dissidium ferunt inter detrahentem, & illum, de quo detrahitur; 3. Nonnumquam obest non personarum solum, verum etiam familiarum existimationi, ita ut infamiae notam earum nomini insitam nullo pacto possint eluere. 4. Detraitor seipsum in morali salutis suae impossibilitate constituit propter difficultatem reparandi damnum illud, quod intulit. 5. Saepe causa est damnationis eorum, de quibus detrahit, qui contra eos qui suo nomini offiunt, odium concipiunt, ac ultionem moluntur.

Secundo quo ad bona, & utilitates quas percipere possumus ex detractionibus, quibus alii nomini nostro maculam offundere adituntur; potest mirum in modum sanctificationi nostrae inservire. 1. Exemplarem vitam nos ducere cogit, ne cui locum praebeamus detrahendi. 2. Occasionem praebet excercendae patientiae; non enim majorem magisque heroicam praebet nobis ferre possumus patientiam, quam si non iniquo seramus animo ea, quae de nobis mala dicuntur. 3. Locum quoque aperit praestantissimis actibus charitatis christianae iniurias dimittendi, & bene de illis dicendi, qui de nobis oblocuti sunt &c.

V. Pro concionis de detractioe argumento desumpta potest S. Bernardi sententia, dicentis obtrahitione tres simul personas uno tantum icu necari.

1. Detrahentem; detractio enim, quae ex se ipsa magnum crimen est contra charitatem proximo debitam, efficit, ut detractor gratiae vitam amittat: ubi latius de peccati gravitate potest disceptari. 2. Audientem eam, qui non peccat minus detrahente, & gravius etiam nonnumquam, illum excilians, illi plaudens, eique animos faciens; qui si desistat, in irritum cederet detractio, vel saltem non adeo funestos exitus haberet. 3. Illum, qui detrahitur; detractio enim civilem vitam au-

ferit, quam ille habet apud eos omnes, a quibus habetur in pretio, vitam longe pretiosorem ipsa naturali vita; quoniam ad eam servandam haec in discrimen adducitur.

1. Detrahendi facilitas non efficit detractionem venia digniorem. 2. Eius reparandi difficultas iustitiae reparacionis necessitatem non minuit, neque illam excusabilem reddit. Quod illam difficillem ad reparandum facit, nequaquam ab integra, exactaque reparacione dispensat.

Detractio peccatum est, quod duplici ex causa reprobationis gerit characterem.

Prior ex peccati huius natura desumitur, quod facillime patrat, quod difficillime exiit, eo quod ad veniam obtinendam adhuc longe difficilior reparatur.

Alter a ex dispositione cordis, ac mentis in detrahente, qui invidia, superbia, ambitionis, vel ultionis spiritu ad quidem existimationem ledendam impellit; quae quidem animi aegritudines sunt damnationis nostrae causa, & principia.

1. Detractionis causae semper corruptae sunt, & criminosa; detrahitur per invidiam, odium, zelotypiam, quae contra proximum concepta sunt; illud detraitor in aliorum existimationem perdere conatur, & super competitoris interitum existimationem suam statuere contendit &c. 2. Detractionis circumstantiae nunquam culpa vacant; detrahitur circumstantiae nullam afferant detrimentum, qua in re sapissime fallitur.

Alter est, quod licet res magna essent, earum nota publicitas efficit, ut sermonibus nostris nihil eorum, de quibus loquimur, nomini officiamus.

Tertius est, quod Dei, cui servimus, gloria non patitur, ut eorum, qui dedecorant illam, temeritatem, ac impotentiam seramus. P. *Masilion Sermone de Detractione.*

Detrahitur per nequitiam, & levitatem; atque hoc pacto Detraitor arbor est lehalis, secundo in duos bipartita ramos universum Terrarum Orbem insinit. Ostendamus ergo enormitatem utriusque huius speciei detractionis, quarum altera naturaliter horrorem, altera ciet confusionem.

1. Nihil ignavius, & odiosius nihil detractionis peccato. 2. Nihil ad salutem periculiosius. Ex *Sermone sub nomine P. Bourdalove editis.*

Detractionis peccatum licet turpe ac infame, se ipsum abscondit.

1. Sub veritate; fas esse putatur in lucem afferre ea, quae de proximo constant, dummodo nihil falsum immisceatur. 2. Sub nomine iustitiae; creditur equum esse, bonum quidem laudare, malum autem vituperare, ubicumque reperiantur, ac nemini fieri injuriam, cum tales exhibentur, quales revera sunt. 3. Sub pietatis integumento; iactant enim, in hoc Dei gloriam vereri, ut qui male vivunt, agnoscantur, ne quis eos fecatus illorum exemplis corruptantur.

1. Detrahitur peccatum est, quod nulla consuetudine probari potest, 2. quod nullo praetextu potest excusari; 3. quod nulla satisfactione potest reparari.

1. Peccatum est in origine sua turpe, & infame; oritur enim ex ambitione, invidia, zelotypia, vel aliquo simili affectu. 2. In progressu periculolosum, quia cum studio, & arte committitur. 3. In exitu, & effectibus funestum, atque irreparabile.

Detraitor exhiberi potest: 1. tamquam crudelis, furensque inimicus, quem passio sua ad funestissimos quoslibet effectus potest impellere.

2. Tamquam callidus, veritatique inimicus, qui

VII.

VIII.

IX.

X.

XI.

XII.

XIII.

XIV.

XV.

ut proximo noceat acutissimis utitur artibus, quas humana excogitare potest industria.

3. Tamquam fere invictis inimicus, cujus tela evitari non possunt, & vulnera nequeunt curari. Detractionis crudelitas; detractionis artificium; difficultas reparandi, damnum, quod inferit detraitor, efficit partes concionis. Ex *Auctore Sermone de omnibus Christianae Discipline argumentis in Adventu.*

XVII. Ostendi potest, quod detractoris aures praebere, non minus peccatum est contra iustitiam, & contra charitatem, quam proximo debemus, quam si ipsi detraheremus.

1. Iustitia prohibere debet injuriam, quae proximo inferitur, ubi id facere valeamus. Hoc primum erit puniendum. 2. Caritas nos excitare debet ad proximum tuendum, eique praestandum hoc officium praestandum, quia hoc possumus, & quod hoc unum fortasse est, in quo de eodem bene mereri possumus. Hoc erit alterum. Idem *Domnica tertia Quadragesimae in Dominica.*

1. Nullum peccatum est, quod magis metuendum sit, quam aliena existimationis Detraitor. 2. Nulla noxa est, in qua magis invenire possumus solatium, quam cum de nobis detrahitur.

Pars prior peccatum metuendum est i. cum facillius illud lapsus patrat; ac nullum peccatum facillius ipsa detractio committitur. Omnes animi aegritudines nos ad hanc impellant, & nulla res ab eadem deterret. 2. Cum peccatum est grave: At nihil maiorem proximo inferit injuriam, quam eisdem existimationem auferre. 3. Cum difficile reparatur; liquet autem, quanta cum difficultate reparatur damnum, quod inferit detractio.

Pars altera, nullam videlicet noxam esse, ubi magis invenitur solatium, quam cum existimationi nostra obtrahatur.

1. Quia nemo detractionis malum evitare potest, non nobiles, non ignobiles, non nocentes, non innocentes. 2. Quia illi, qui praeteris nituerunt, ac virtutibus floruerunt hac laesione fuerunt. 3. Nobis quatenus Christianis solatio esse debet ipsum JESU CHRISTI exemplum.

PARAGRAPHUS II.

Fonte, *Aufloresque, unde hauriri copia potest ad praeparandum Concionum structuras elucubrandas.*

S. Augustinus, *l. de bono viduitatis*, loquitur de hae existimationis cura habenda, ne locum detractionis praebatur.

Idem *l. 2. c. 3. contr. litter. Petilianae* testatur se continere contumeliosos sermones, qui de seipso habebantur.

Idem in *Psalm. 90. hanc explicans verba: Ipse liberavit me de laqueo venientium, & a verbo aspero*, ostendit propter detractiones, quibus nostra laeditur existimatio, animos non esse abiectionis.

Idem in *Ps. 119. docet quomodo ferenda sit detractio.*

Idem in *Enarrat. Ps. 108. loquitur de calumniis, quae ingerantur Filio Dei, qui de illis per Prophetam conquiretur.*

Idem vel auctor libri de *Conflictu vitiorum, & virtutum* docet quid discriminis intercedat inter correctionem, & detractionem, & vanas detrahentium exculationes explodit.

Idem, vel auctor *Serm. 26. c. 45. ad fratres in Eremis loquitur* de detractioe.

Idem in *Ps. 16. & 139. iustus de hoc loquitur vitio.*

S. Hieronymus *Epist. 14. ad Celsantium*, ostendit ita vivendum, ut nulla detractioe praebatur occasio; quae ubi evitari non potest, christiane ferenda est.

Idem in prolata ad *Oceanum* epistola hoc ipsum JESU CHRISTI docet exemplo.

Idem *Epist. 1. ad Demetriadem* docet detractionem magnum esse tum in detrahente, tum in audiente peccatum.

Idem in *Ps. 100. hoc ipsum ostendit.*

Idem *Epist. ad Rufinum Monachum* docet qua cura detractio, & detractores fugiendi sint. Greg. *l. 9. Ep. Epist. 39. ad Theophilam* docet quomodo existimationis nostrae detractio ferenda sit. *Idem l. 6. Epist. 14.* prolixum habet de detractioe sermonem, ubi egregia tradit praecepta. *Idem l. 8. Epist. 24. ad Pallad. Presbyt.* docet, *theary Bibl. Tom. I.*

quomodo cum detractoribus agendum sit.

Idem *Homil. 9. in Ezechielem* hoc ipsum docet modo detractores corripiens, modo illos fugiens &c.

Idem de detractioe loquitur *l. 3. mor. in Job c. 11. c. 1. 7. c. 17. c. 23. c. 4.*

S. Cyprianus *Epist. 69.*

S. Ephrem *l. de morbo linguae.*

S. Joannes Climacus *gradu 10.*

Origenes *Homil. 7. in Numeros*, animadvertit, Moysen nunquam majore in honore apud Deum fuisse, quam cum Legistori huic fuit obtrahatum.

Idem *Homil. in Ps. 36. c. 1. 3. in Job* agit de detractioe.

S. Chrysostomus *Hom. 3. ad Popul. Antioch.* detractioe mala offendit, & versutiam, qua detractor utitur, ut inferat damnum.

Idem *Hom. 42. in c. 12. Marthae* in exhortatione offendit calumniam calumniarum tantum obesse.

Idem *Cont. l. de Lazaro tom. 2. de nequitia, & arte detractioe* verba facit.

Idem *Hom. 26. in Ad. Apost.* docet detractioem, qua laesissimum, esse contemendam.

S. Basilii ad Neocesariae civem scribens refutat calumnias, quae sibi ingessit fuerant, & fufius disfert de detractioe, & detractionis contemptu.

Idem in *Epistola ad Euphorium Episcopum* de eodem argumento, in eadem loquitur occasione.

Idem in *regul. brev. responsi. 25.* docet quibus in occasionibus liceat proximi defectus proferre.

S. Bernardus *l. de triplici custodia* detractioem vitiae comparat, ac offendit solum illius afflatum tribus necem inferre.

Idem *Serm. 24. in Cant.* detegit secretum detractioe virus, equisque pernicem.

Idem in *2. parte Serm. 33. ad Sororem* detractionis levitatem, & gravitatem offendit.

S. Bernardus Tomo 1. *Serm. 23. & Tomo 2. ferm. 29.*

Granatenfis in *Duce Peccatorum c. 11. §. 1.*

P. Saint Jure libro de cognitione, amore Domini nostri *l. 3. sect. 8.*

Cardinalis Bona in *Christiane vitae principis cap. 8.* Idem in alio opere, cui titulus *manuductio ad Caelum.*

Drexellius in *Phaenote.*

P. Causlinus in *Aula sancta*, tract. 3. sect. 3. ubi de invidia, & detractioe.

P. Suffren Tomo 1. *Anni Christiani cap. 7. sectio. 4.*

P. Nepveu in *Christianis considerationibus* Tomo 1. pro 9. Die Martii, & Tomo 2. pro 10. Die Maji.

Liber, cui titulus: *Animadvertiones in varia Religionis, & Moralis argumenta.* Tomo 2.

Biroat *Sermone secundo pro tertia Quadragesima* Dominica.

P. Bourdalove *sermone pro feria 2. Hebdomade sanctae.*

Abbas de S. Martino. De la *Volpilliere.*

La Font *Propositione pro 11. Dominica post Prophetam* conquiretur.

In *Concionibus sub nomine P. de la Rue editis.* Specimen sermonum, Tomo 1. ferm. pro 3. Quadragesima Dominica.

Idem Tom. 2. *Dominicali, ferm. pro 3. post Pentecosten* Dominica.

Fromentietes. Auctor sermonum in omnia Ethice Christianae argumenta *Sermone 22. Adventus.*

Idem *Sermone pro 3. Dominica Quadragesimae* in Dominicali, contra audientes detractioem.

Idem Tom. 3. *Sermonum particularium* sermone de cura suae existimationis tuendae.

Peraldus *tom. 2. de peccato lingue c. 9.*

Labatha) Titulo *Detractio.*
Buseus)
Lohner)
Berchorius)

PARAGRAPHUS III.

Locis, exempla, & applicationes Scripturarum huic argumento.

Q. *Uare non timuisti detrahere sermo meo Moysi?* Num. 12.

Non facies calumniam proximo tuo; non eris criminator, nec sulcor. Lev. 9.

Sepulchrum patens est guttur eorum: linguas suis dolose agebant, venenum aspidum sub labiis eorum, Pl. 13.

Excaverunt ut gladium linguas suas; intercederunt arcum rem amaram, ut sagittis in oculis immaculatum, Pl. 63.

Lingua tua concinnabit dolor. Pl. 49.

Cuius os maledictione plenum est, & amaritudine, & dolo: sub lingua eius labor & dolor. Pl. 10.

Detrahentem secreto proximo suo, hunc persequeris, Pl. 100.

Pro eo ut me diligerent, detrahentibus mihi. Pl. 108.

Quid datur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam? Pl. 119.

Domine libera animam meam a labiis iniquis, & a lingua dolosa. Ibid.

Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantis labii mei. Pl. 140.

Qui detrahit alicui rei, ipse se in futurum obligat. Prov. 13.

Abominatio hominum detractor. Prov. 24.

Cum detractoribus non commisceris, quoniam repente conjures perditio eorum, & ruinam virtutis que quis novit? Ibid.

Remove a te os pravum, & detrahentia labia sint procul a te. Prov. 4.

Ventus aquilo dissipat pluviam, & facies tristis linguam detrahentem. Prov. 23.

Attende ne forte labaris in lingua, & sit casus tuus insanabilis in mortem. Eccl. 12.

Multi ceciderunt in ore gladii, sed non sic quasi qui interierunt per linguam suam. Ibid.

Calumnia conturbat sapientem, & perdet robur cordis illius. Eccl. 7.

Si mordet serpens in silentio, nihil eo minus habet qui occulit detrabit. Eccl. 10.

Qui loquitur iniqua, non potest latere, nec praeterit illum corripitens iudicium. Sap. 1.

Vidi calumnias, quae sub sole geruntur, & lacrymas innocentium, & neminem consolatorum. Eccl. 4.

Audisti verbum adversus proximum tuum? commoriatur in te. Eccl. 19.

Septi aures tuas spinis, linguam nequam non audire, & ori tuo facito ostia, & seras. Eccl. 28.

Recede procul a calumnia. Isaia 54.

Qui calumnias est, & vim fecit fratri, ecce mortuus est in iniquitate sua. Ezech. 18.

Detrahentes, Deo odibiles. Ad Rom. 1.

Timeo ne forte contentiones, dispersiones, & detractiones sint inter vos, 2. ad Cor. c. 12.

Neque fornicarii, neque adulteri, neque fures, neque avari, neque maledici, regnum Dei possidebunt. 3. ad Cor. 6.

Lingua, universitas iniquitatis. . . inquietum malum, plena veneno mortifero. Jac. 3.

Linguae autem nullus hominum domare potest. Ibid., ib.

Exempla ex Veteri, novoque Testamento depropria.

Sanctus vir Job rupe constantior, & adamantem solidior, cum uno actu bonorum omnium, filiorumque iacturam patiebatur, cum sexcentis malis obtrahatur, veribusque per omnes corporis artus gliscitibus depalcebat, ipsa etiam uxore inter tot hac mala libi insultante, cuncta ferebat, quin ne in minimam quidem querimoniam erumperet. Sed ubi audist amicos suos sibi obtrahentes, & credentes ipsum propter peccata sua tot confectum esse vulneribus, tunc se continere non potuit, quin turbaretur, & magnam cor ipsum hac moveretur injuria. Quidam peculiaris vis inest calumniis, quae alius corda nostra pervadit, quam ipsae etiam contumeliae sepe facere conserverint. Reliqua mala quibusdam cum circumstantiis juncta sunt, quae eorum dolorem imminuant; plurimos iavenimus, qui ea, ut ita dicam, nobiscum quodammodo gerunt, & qui nobis animos faciunt, ut ea constanti, magnoque animo perferamus, sed in calumniis omnia isthaec solatia amittimus.

Cum Maria Soror Moysis de fratre suo peperam oblocuta fuisset, Deus ita indignatus est, ut nebula, qua Tabernaculum tegebatur, evanuerit, & illa, quae fratri obtraherant, in carne lepra fuerit infecta. Ubi animadverterit Origines, nebulam recessisse, ut ostenderet, Spiritus Sancti gratiam a

detractor recedere, animamque eius statim lepram omnium turpissima, peccato videlicet foradum. Israelita quoque alias Moysi detraxerunt, & illico immisit in illos Deus serpentes, a quibus ens eorum numerus absumpti fuerit. Hanc eandem ob causam Core, Dathan, Abiron viventes adhuc ture absorpti sunt, & ducenti, ac quinquaginta ejusdem seditionis socii igni conflagravit. Num. 21. & 22.

Doeg Idumeus cum nunciasset Sauli, Achimelechum Davidi comateus suppeditasse, causa fuit, ut Rex ille ad iracundiam irritatus octoginta quinque viros, deferentes Ephod occideret, quin vel mulieribus, vel parvulis parceret. 1. Reg. 21. Cum principes Philistim (1. Reg. 29.) contumeliose dicitis Regis Geth animum contra Davidem inflammasset, in causa fuerunt, quod tanto viro credita provincia abrogata fuit; satis frequens harum detractionum exitus, quae alienis officium existimationi, ac perniciosis signant effectus. Absalon, qui Regnum affectabat illis omnibus, quibus res aliqua apud Regem erat transigenda dicebat; Nemo est, qui constitutus a Rege vos audiat, ac vestras dirimat lites. Duo illi, qui Sufanna stuprum inferre conati sunt, eisdem cum honore vitam quoque ademerunt, nisi Daniel adolescentis a Deo, ut illius causam tueretur, suscitatus illos calumnie crimine redarguisset, atque ut meritis darent penas effecisset. Ex hisce exemplis videre est causas; & perniciosos ejus criminis effectus, quod hodierna die adeo vulgatum est, atque in omnibus fere conditionibus regnat.

Jeremias indigitare volens conjunctionem, quam ad ipsum perdendum vis conflagrant inimici, ita eos loquentes inducit: Venite percussitans cum lingua. Ad illum vulnerandum non aliis armis utamur, conemur famam illius imminuere, & existimationem ejus dererere; istus lingue majus illi damnum, quam gladii accipitius vulnera infligent. Hic idem Propheta egregiam instruit descriptionem malorum quae obtrahentis lingua alieni inferi existimationi lub imagine fertilis oleae, quae visu pulcherrima est, & circum undique ramosa attollit brachia fructibus pregravis; sed cui repente ignis adhaeret, ac levi aura perfascent omnes ramos, & fructus, omnemque arboris decorem depascitur: Ad vocem loquente granis exarsit ignis in ea, & comburta sunt fructus ejus: Jerem. 17. Oliva hac imago est hominis frugi, ac virtutibus praediti, suo muneris intenti, semperque irreprehensibilem vitam ducentis. Verum quid sibi vult hac aura levis, quae ignis actus arbori usque ad medullas inhaeret? Hac detractionis figura est: pauca fatis, superque sunt verba, ad boni hominis existimationem laudendam.

Detraho non aliter melius representari potest, quam per lapidem illum, qui celeberrimam statuem, de qua Daniel Propheta loquitur, confregit, Aureum illius erat caput, corpus argenteum, femora aenea, pedes lutei. Lapidus ex proximo lapsus monte illum percussit non in aereo quidem capite, ubi lapsus fuisset inutilis, non in corpore argenteo, ubi nimis sonororum edidisset strepitum, non in aeneis femoribus, in quae illis forte fractas fuisset, sed in pedibus, qui maxime fragiles erant, eamque statim everit. Hoc linguae telum facit. Detractor viri boni existimationis caliginem offundere copiens, nequaquam virtutes ejus impugnat; omnis enim irritum cederet conatus illius, si hac ex parte illum aggrederetur; ac si in eo vel minimum deprehendere potest defectum, inde arripit occasionem nomini illius labem offundendi; & hac ex parte existimationem ejus conatur evertere.

Moyles ut aliquo prodigio Pharaoni probaret mandatum, quod ipse Domino acceperat, projecti in terram baculum, quem gerebat manu, & illico in serpente conversus est. Desinde vix illum e terra suscepit, cum pristina forma redditus est. Regis Magi simile prodigium operari conati sunt, at non eundem exitum habuere. Baculos quidem in angues converterant, ubi eos projecerunt in terram; Verum illi semper remanere serpentes; & quocumque uterentur praestigio, illos in pristinam redigere formam non valuerunt. Exod. 7. Ita maledicti, & calumniatores possunt quidem deformare proximum suum; & huc nimis id frequenter, & felicitati praesentant: possunt quidem illum, ut ita dicam, in serpente mutare, eumque ita exhibere, ut horrore faciat; possunt aliorum denigrare famam eorumque bonam existimationem in odium convertere. Baculi sunt in angues mutati: Verum, ut scilicet

Exempla quorundam sequuntur, & effusum de detractionis.

Jeremias Prophetae exemplum.

Detraho Magi Pharaonis comparatur.

genes boni. in cap. 2. Nam animadverit, illis priorem formam, hoc est pristinam existimationem reddere minime possunt. Quod in serpente mutatur, in aliorum mente, ac imaginatione serpens erit: pravus ille, quos de aliis adfluxerunt, eadem semper remanebunt; credent omnes hos esse serpentes, homines pravos, perniciosos, & quibus fidendum non est.

Sape cum in privato aliquo vitium deprehenditur, hoc nomine totum corpus, cujus membrum est infirmulatur. Hec sepa est injuria, quam detraho adhibere solet; & cujus exemplum Aman posteritati reliquit, cum Mardocheum perditurus populam Judaeum universum accusavit, quasi in Absueri statum novae legis invaderet. Contra hoc injuriam genus convulso zelo S. Augustinus invehitur. Doletis, Christianos omnes corruptos esse, quia eorum aliqui officiorum suorum obliviscuntur; Sacerdotes omnes vitiosos, quia aliqui ex illis ministerii sui sanctitatem dedecerunt: Religiosos omnes nequios esse &c.

Si nosse cupis detrahentium, & calumniantium characterem, vide, quid agant Scribes, & Pharisei, ut JESUS CHRISTI innocentiam, atque potentiam in suspitionem adducat. Explorabat omnes gressus illius, atque in insignioribus ejusdem miracula quasdam dumtaxat temporis, locisque circumstantias observabant; quas improprie consuetudinis magis favore opinabantur, oculos avertentes a miraculo, eosque variis tantum invidiae suae objectis intendentes. Quin laudibus extollerent admirabilem curationem hominis illius, cujus manus prorsus exaruerat, illi verterunt criminum, quod eum die festo curasset, tamquam Mercenarius esset medicus, vel impius; & quandoquidem calumnia nunquam caret inventis contra ipsam veritatem, tunc praesertim qua auctoritas illi non desit; detractionibus suis adhibebant persuaderi populo, quod hominis hujus miracula meta essent praestigii; Apostoli quoque, ac discipuli Salvatoris calumniis petiti fuerit, neque illis tum ante, cum post obitum Filii Dei pepercit detraho: Hoc testatur Pharisaeorum querele qui aliquando eos apud JESUM CHRISTUM infirmularunt, quod Maorum suorum traditiones minime servarent. Quos vix accusati, immo etiam damnati fuerunt propter calumnias, fictasque criminationes, quae illis coram iudicibus, atque principibus officia fuerunt. Satis est Apostolorum acta perlegere, ut plurima occurrant exempla.

S. Clemens Papa, & S. Petri discipulus narrat, Magistrum suum fidelibus dicere consuevisse, triplex esse intersecutorum genus, quae fere in Dei oculis abominabile. Sicarii, qui ut Cain, corporis fratris suus barbara eripiant crudelitatem; Utrores, qui illos lethali odio persequuntur, eisque mortem optant ob injuriam, qua se affectos fuisse credunt; ac tandem, qui alienam proficiunt existimationem; eisque honestam auferunt vitam, & existimationem; quam apud honestos homines obtinebant.

Quorundam Scripturae locorum Applicationes.

Universa delicta operit charitas. Proverb. 10.

Charitas sicut odium eorum, quos diligit, celare peccata; cumque omnes homines diligit, ita peccatorum omnium memoriam aboleri vellet. Sermo incidere nequit de homine adeo nefario, cujus partes ille non tuetur, & pro quo aliquod reponendum minime inveniat. Obtrahentium malam fidem exaggerat; improbatum extollit, quae nunquam perfectissimam etiam virtutibus atque lollentium virtutum adspersere. Profert innocenterum vitiorum exempla, quae calumnias laesit fuerit; contradictionem nascitur in iis, quae de eo, cujus nomini obtrahitur, dicuntur; in illis quamdam deprehendit impossibilitatem; praeteritas actiones commendat; malo, quod corripitur, omne oppositum bonum, quod aliunde scit, detractionem infirmat, eisque, si fieri potest omnem fidem abrogatur. Sin autem factum adeo patet, ut negari non possit, intentionem saltem admittit excusare; crimen imminuere contendit noxam in ignorantiam, vel incuriam, vel in nimis urgentem tentationem rejiciens; tunc fortasse primum lapsum esse, quod quilibet simili in occasione lapsus fore posse fuisse.

Domine libera animam meam a labiis iniquis, & a lingua dolosa. Pl. 119. Regius Propheta more confectus quondam confugit ad Deum, ut aliquod dolori suo inveniret solatium. Ad Dominum cum tribularer clamavi. At quoniam erat doloris ipsius causa? Domine libera animam meam a labiis iniquis: & a lingua dolosa: Verum quid illi reddidit Deus? quod-

quoddam veluti satellitium, ne inde egrediat quod in corde retineri jubebis. Prudentia, & circumspectio odium sint ori meo, quod claudatur sermonibus omnibus, qui vel minimum detractionem redoleant. Ideo mihi linguam tribulisti, ut te laudibus celebrarem, alioque ad te laudandum impellerem. Fac, si fieri potest, ut nunquam in hunc usum solvatur. Quid? haec lingua, quam saepe adorabilis corporis tui oratu, hoc amoris tui mysterio sanctificas, sermonibus charitati oppositis pollutatur? Ne, Domine, hoc permittas; ego sane nihil pretermittam, ne in crimen hoc decidan.

Me mibi, quia tacui, quia vir pollutus labiis ego sum. Isaia 66. In persona eorum, qui detrahentibus a dhibent aures, tantum dolore testatur Isaia, quod tacuerit, ac silentium servaverit. At quomodolibet fieri, Propheta, potest, ut polluta habeas labia, quia tacuisti? Hoc facile intelligerem, si locutus esses, ac contumeliosa, obfcaza, vel inutilia verba protulisses. Videmus quotidie eos, quos poenitet se nimium fuisse locutos, ac neminem fere, quem se tacuisse poenitet. At sequentia verba veram doloris Isaia causam aperunt: Vir pollutus labiis ego sum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito. Ideo criminolus erat prophetae silentium, quod cum veraretur in populo ad detrahendum, prono, & cujus colloquii nullum accidere poterat argumentum, quam de alienis defectibus sermo, tantum nefas dissimulaverat, quin illum corripere, atque huic consuetudini adversaretur. Hae res illum emicibat detractionis alienae reum, atque confortem.

Ecce quantum ignis, quam magnam sylvam incendit. Jac. 3. Detraho re adhuc integra exigua erat scintilla, ac nova inventi nutrimenta, illis adhibet, & quampimum in magnum ignem exarrit quo brevi maxima qualibet memora conflagrant. Ecce quantum ignis, quam magnam sylvam incendit. Hec sterna die laudibus extollebantur proceres arbores, quae in vastis nemoribus in caelum minabantur, hodierna vero nihil praeter carbonem, cinerumque congeriem superest. Hec sterna die locupletissime sedes, ac superba videbantur palatia; hodierna vero non nisi tristitia eorum vestigia superstit. Ecclesiasticus ille sapiens habebatur, munerique suo obundo intensus; Judex ille aequissimus, ac integerrimus, Mercator ille fidelis, attamen hodie in civitate non aliud sunt quam pulvis, & cinis. Quoniam est tot malorum causa? Detraho. Ecce quantum ignis, quam magnam sylvam incendit.

Curam habe de bono nomine, plus enim tibi proderit, quam mille thesauri. Eccl. 45. Salomon nos hortatur ut existimationis nostrae curam geramus, & caveamus quidquid illi nebulam potest esse offendere; alibique ait illam maxime quibuslibet divitiis esse antefendam. Nonne hoc insignem proximo injuriam inferre est, ac maximam injustitiam admittere; eisdem per detractionem rem tanti pretii autem? Nonne hoc est gravissimum, acerbissimumque mortem infligere, illi famam eripere, quae vite ipsius vita est, illum ad hunc statum redigere, ut palam prodire non audeat, ac praereverecundia longius abit a societate honestorum virorum, qui illum ultra pati non poterunt?

De malis quae parit lingua perlectum vero per detractionem.

quodnam illi prescriptum remedium? Nullum sane; fastique Deo fuit dicere: Quid detur tibi, aut quid opponatur tibi ad linguam dolens? Ut ostenderet nullum esse remedium: alio vulneri, quod lingua detractoris infert; vel si quod est, esse difficile adeo, & acerbum, ut vix, & vix quidem inventi possit, qui eidem se habere velit.

Detractor est peccator contra iustitiam quem reparat.

Ecce parturit injustitiam, concepti dolorem, & peccati hereditatem. Psalm. 7. Quodlibet peccatum contra iustitiam post se trahit duplicem obligationem, qua reparatio illius fit difficilis. Ita S. Augustinus hanc explicationem locum Psalmorum injustitiam interpretatur pro alieni juris violatione, atque sic concludit: Ne miremini, ait ille, si injustitia, ex Prophete sententia, dolorem pariat: Concepti dolorem. Injustitia enim peccatum, cum expiandum est, duplicem imponit obligationem; alteram quidem cum omnibus peccatis communem, ad Deum videlicet iterum accedendi per peccatorum penitentiam; alteram vero satisfaciendi proximo per iustitiam ejus damni reparationem, quod illius bonis, aut honori fuerit illarum. Unde arguit, injustitie penitentiam longe difficultiorem esse communium peccatorum penitentiam, quia gravem continet obligationem restituendi, vel reparandi damnum: Parturit injustitiam, & concepti dolorem. Ex hoc principio sequitur, quoniam detractor opus est injustitiae infringentis jura, que quilibet habet ad honorem suum, peccatum quo longe difficilius reparari, quam vulgo cetera. Hec igitur difficultas, hęc reparationis veracandia eos coarceat, qui in sasvas detractiones erumpunt, & cohibeat impetum passionis illius, que tanto sumptu erit reparanda. P. Catrou.

Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet, qui occulte detrahatur. Eccl. 10. Detractoris lingua a Spiritu sancto comparatur lingue serpentis, cujus morsus licet vix sentiantur, tamen venenum in ipsa usque immittit pœcordia. Quo callidior est detractor, eo minus nocentem se putat mortalis, & resipa magis est nocens. Telum, quia acutum est, numquid ideo minus mortale est? Oleum, quod illi superinfunditur, vulneribus inferendis illud aptius efficit. Morsus Serpentis sub floribus delitefcens numquid minus virulentus est? Et virus, quod nobis in suavissimo liquore propinatur, numquid minus virus est? Hæ detractiones tot verborum involocris tornata, numquid minus ad vivam usque penetrant; ac minus mortales sunt?

PARAGRAPHUS IV.

Sancrorum Patrum loci, atque sententia hujus argumenti.

Prior est detractor in magni nominis viris, quam in plebeis. Aug. contra Pelilian.

Nobis necessaria est vita nostra, alius fama nostra. Idem, de bono viduitatis.

Detractor est mordacior, quam veracior reprehensio. Idem, lib. de 30. Hom. Homil. 20.

Detractor grave peccatum est, & gravis damnatio est. Idem, Serm. 1. de Quadrages.

Unus Deus iudex est, nullus falso crimine leditur, quia non cui obijcitur, sed obijcenti potius imputatur. Idem in Pl. 118.

Cum detrahatur bonis, ab iis qui videntur alicuius momenti esse, & docti, in scandalum cadunt infirmi, qui ad eum velint iudicare. Idem, in Psalm. 49.

Majora sunt vulnera lingue quam gladii: gladius enim corpus interficit, animam autem non interficit. Idem, vel quivis Author Serm. ad fratres in Ereto.

Servus Dei merces falsis detractoribus crescit, sed crescit etiam pena detractoribus. Idem, Author, Serm. 53.

Frustra irascimur obreccationibus nostris, si eis ipsi obreccandi materiam ministramus. Hieronymus, Epist. 14.

Si quis hilari audit detractorem, tu illi das foementum detrahendi: illum ignem excutit, tu subvertis ignarium. Idem.

Si facie subivisti & aversa detractorem audias, difsect ille non libenter dicere, quod didicerit non libenter audiri. Idem.

Difcat detractor, dum te videt non libenter audire, non facile detrabere. Idem, Epist. 4. ad Nepotian.

Vitium satis hominum est, & suam laudem querentium, aliorum viles facere, quia alterius vituperatione se laudari putant, & qui suo merito placere non possunt, placere volunt in comparatione malorum. Idem.

Nemo invito auditori libenter refert. Idem.

Qui sehem in celo habet, reprehensionem hominum metuere non debet. Greg. I. 13. Moral.

De invidia detractor nascitur. Idem, 3. Moral. in Job. 17.

Cum lingue derogantium corrigi nequeunt, æquanimiter sunt per omnia toleranda. Idem, Homil. 9. in Ezech.

Hoc maxime vitio periclitatur genus humanum. Idem.

Pauca admodum sunt, qui huic vitio renunciant, seroque invenies qui ita irreprensibilem vitam exiliter volunt, ut non libenter reprehendant alienam. S. Paulinus, Ep. 14. ad Calan.

Tanta mali hujus libido, mentes hominum invadit, ut etiam qui proci ab aliis vitiis recesserant, in istud tamen, quasi in extremum incident. Idem, ibidem.

Beatus est, qui ita se contra hoc vitium armavit, ut apud eam detrabere nemo audeat. Idem, ibidem.

Hoc ideo malum celeberrimum, & detraitor in multis feruet hoc vitium, quia pene ab omnibus libenter auditur. Idem, ibidem.

Diabolus hic maleficentia laqueus est, & peccatum nullam voluptatem, sed tantum damnum alterius efficiens, & magnam delictorum acerorum efficiens. Chryl. Hom. 44. in Matth.

Grave malum, & turbulens demon est detractor. Idem, in Plal. 100.

Ex detractione odia pallant,urgia constantur, discordia ortum trahunt, suspiciones male procreantur. Idem, ibidem.

Dic proximo detrahenti, habes quem laudes: aures aperito, ut unguenta suscipiam; si verco malum velle dicere, obturo aures; nec enim serpens & canum accipere sustineo. Idem, Hom. 3. ad Popul. Antioch.

Loris quidem ves sermo, leviter volat, sed graviter vulnerat; leviter transit, sed graviter urit. Bernardus, in Psalm. 56.

Gladus equidem anceps, imo triiceps, est lingua detractoris. Idem, Psalm. 56.

Detrabere, aut detrahentem audire, quid verum damnabilius sit, non facile dixerim. Idem I. 2. de Confid.

Omnia sufficit adversus os loquentium iniqua, opinio honorum cum testimonio conscientie. Idem, Hom. 24. in Cant.

Detractor grande vitium est, detractor grande peccatum est, detractor grande crimen est. Idem, I. de modo bene vivendi.

Nonnulli quidam simulatæ veracandia furo, concepiam multatiam, quam retinere non possunt, adumbratæ conantur. Idem.

Hanc tibi regulam constituit, ut omnem, qui palam vorat dicere, quod in ore locutus est, suspensum habeas. Idem, I. de Confid.

Infrima condemnatio est que de alterius infamiatione fulcitur. Tertull.

Detractor intus rumpitur invidia, & qua utatur via non invenit, nisi detrahendi libidine. S. Ephrem, de malo lingue.

Audiendo detractorem, & non reprehendendo, maledicta ejus comprobare videtur tanquam vera. Idem.

Ejurandi libido terminum habet, detrahendi libido non habet. Salvianus.

Detractor panis voluptatis, nulli amoris, omnibus odio est. Sidorius Apoll. 1. 3. Epist. Epist. 13.

Necat animam suam, dum vulnere famam alienam. August. I. 30. Homil.

Quid aliud intendit detractor, nisi ut is cui detrahatur, in odium veniat alicujus? Bernardus, Serm. 24. in Cant.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologie penæ ad hoc argumentum deproxi possit.

Detrabere, vel obloqui de proximo est ejus absentis injussum exifimationem labem offundere. Quamobrem detractor ex D. Thoma 2. 2. q. 73. art. 1. est alienæ exifimationis diftamatio, que ve in totum, vel ex parte defititur oculis verbis hoc est, eo absente, cui obreccatur. Definitio hęc justa est secundum eundem Doctorem; quia ab aliis quibuscumque peccatis distinguitur proximo damnum

Detractor est deficiens.

inferentibus. 1. **Verbis** qua voce distinguitur a peccatis, que facta parantur, qualia sunt cædes, injuria &c. 2. **Exifimationis diftamatio**, quo vocabulo distinguitur a furto, ac latorcio, per quod sola fortuna bona rapiuntur. 3. **Verbis occultis**, que dicuntur eo absente, qui in ludibrium traditur, difserit ab injuria, que fit presenti, & coram testibus, qualia sunt contumelia, probrum, exprobratio, insultatio. 4. **Additur tandem vel ex parte**, ut enim alicui detrabatur fufficit auferre partem exifimationis, quam aliquis sibi virtute, aut aliqua bona qualitate comparaverat, que in eo esse credebat, vel conari, ut ille exifimationis hujus faciat detrimentum.

Difcremen inter detractionem, & calumniam.

Quæ a nobis de detractione dicta sunt, supponunt, malum de proximo prolatum verum esse, & secretum. Si enim quod adfertur, ut palam nominis illius labes offundatur, veritati contrarium est, crimen hoc speciem mutat, neque amplius est detractor simplex, sed calumnia, que coram Deo magis adhuc enormis est, & coram hominibus odiosa, quia innocens conficte appingit scelera, vel quia optimas etiam adiones inique traducit, illis pravam tribuente, quam non habent, intentionem. Hac in re calumnia communem detractionem improbitate, ac nequitia lupera; hæc enim proximi honorem aufert abilita, licet vera, ejus peccata in lucem profert: Sed cumulus improbitatis est iustus, fandiique animabus calumniari, illis ficta supponendo crimina, quibus coram hominibus dedecoretur.

In Christianis morum disciplina error est apud plurimos vulgarissimus, quod detrabere non dicatur qui de proximo suo ea profert mala, quæ vera sunt, nullumque peccatum committatur, nisi res falso, nequiterque conficte referantur. S. Thomas fallax hoc præjudicium everte: **Detractor vocatur non quia de veritate, sed quia de fama proximi detrahatur.** Falta contra proximi exifimationem ferere calumnia est; sed rem veram dicere, que illius nomini officiat, detractor est. Nequam igitur prætextus est dicere ea que afferuntur, vera esse; nam quamvis vera sint, hoc est detractionis peccatum.

Unde conficitur de gravitate peccati detractoris.

Nihil melius nobis aperit enormitatem peccati detractionis, quantum ejus boni, quod nobis præripitur pretium. **Tanto majus est nocuumtum, quanto majus delatur bonum.** S. Thomas ait. At exifimatio, que per detractionem aufertur, quodam in sensu, bonorum omnium maximum est, & cui cætera sacrificantur. Mundus, Religio, Politica contentio in ea cura, que de bona exifimatione habenda est. Quamobrem S. Augustinus docuit nobis duo maxima inesse bona, conscientiam, & exifimationem; exifimationem, que nos efficit irreprensibiles coram oculis hominum, & quomodo omnia Christiani hominis officia Deum inter, & proximum dividuntur; si inenarrabilem conscientiam nostræ labem aspergere, tenemur quoque nullam exifimationis nostræ pati detrimentum; quoniam Religio eam conditæ tanquam bonum odorem vitæ, que tantum conducit ad virtutem inter Christianos servandam, quantum vitium ad eam confert corrupendam. Hæ rationes, que nobis inuunt præstantiam boni inhærentem exifimationi nostræ, aperiunt enormitatem vitii, inhærentem detractioni, per quam tantum boni nobis aufertur. Hinc Apostolus eam in eodem gradu cum furo constituit; si enim furum nobis bona, & divitias aufert; obreccatio nobis eripit thesaurum, qui bonis, divitiisque omnibus esse debet antiquior, & quemadmodum sepe honor vita ipsa nobis chatior est, dici potest detractor quamdam committere homicidii speciem longe crudeliorem, cum proximi honoris letinale vulnus infligit.

Notandum illud est, quod Theologi docent, de peccati hujus gravitate nequaquam judicandum est, ex magnitudine rerum, que de proximo dicuntur, sed ex damno, quod illi per detractionem inferitur: Nam licet crimen, quod referitur, veniale tantummodo sit, fieri tamen potest, ut in lucem prolatum insignem auctori jaduram afferat, seu propter peccatorem exifimationem, qua apud mortales omnes perfertur, seu propter statum, ac professionem ejus, que non vulgare virtutem effugit. E contra si nova, que alii tribuitur, non admodum illius exifimationem innotuit, patet, injuriam eidem illatam multo minorem esse, ideoque & minus gravem esse obredationem. Exempli gratia si dicas, aliquem martis castra secutum cum alio singulari certamine decemisse; licet hæc sit enormis culpa; tamen quia hoc crimen non af-

ficat dedecore milites, quorum plurimi in hoc etiam gloriantur; non plurimum de illius exifimatione peribit; at si de religioso viro loquens, eam mordacem, vanum, immortificatum esse dicis, liquet, te plurimum de ea imminuere exifimationem, in qua virtus illius habebatur; atque ita insignem illi inferens injuriam graviter peccas, quamvis malum, quod de eodem prædicat, venialis noxæ terminos non excedat.

Sanctus Thomas memorata questione articulo secundo, tradit, formalem detractionem, que fit animo denigranda alienæ exifimationem, semper esse mortale peccatum; quoniam non mediocre inferit detrimentum exifimationi proximi, que pluris faciendæ est quam temporales divitiæ; & quia per hujus exifimationis iaduram proximo factas auferat plurima faciendi, que republice essent utilia: que enim fides haberi potest actionibus illius, qui nequam habetur? In sequenti vero conclusione idem addit, imprudentem detractionem sine animo alienæ exifimationis ledendæ non esse mortalem, quatenus nocendi abest voluntas; sed si que temere efficiuntur tanta sunt, ut proximo non exiguum afferant nominis detrimentum; detractor gravis est propter ea, que dicuntur; & levitas mentis, vel imprudentia non excusat a necessitate illatam injuriam reparandi, que res diligenter est attendenda.

Detractor suapte natura mortalitatis peccatum est, & quando sit tantum veniale.

Quinque potissimum sunt detractionum genera, que in mundo adhiberi consueverunt. Primum est, cum proximo fictum crimen appingitur; qualia fuerit ea, que Judæi in JESUM CHRISTUM conficere, illum ad tumultum populum concitasse. Alterum est cum proximo peccatum narratur iis omnibus convellitum circumstantiis, quibus augetur; quod Pharisæus cum Magdalena operatus est. Tertium est, bonas proximi qualitates illis malum allinendo corrumpere; quod fecit diabolus cum Job, dicens illum ob solam utilitatem Domino fervire. Quartum est, cum iis que de proximo dicuntur bona, ejusque laudibus, non assentitur; qualis fuit Judeorum detractor, qui tamdiu cæci nati miraculum in dubium vocantur. Quintum denique & postremum detractionis genus est, reticere bonum, quod scitur, præsertim vero iis in occasionebus, ubi proximi utilitas flagitat, ut virtutes illius in lucem afferantur; & ubi iustitiæ ratio nos cogit, ut illas celebremus.

Varia detractionum genera.

Hoc autem in vitio illud diligenter est animadvertendum, quod non semper ut detrabas, opus est, multa dicere; unicum verbum sufficit, unicus vocis tonus, qui nihil significat, & qui tamen significat omnia; actio, gestus, motus capitis, vel manus; simplex oculorum conspectus tunc hunc effectum producere potest. Minimus nutus, & quod minus exprimit, ac in re semper magnam habet vim exprimendi. Intelligitur hominum sensus, ubi dimidiatam proferat vocem; intelligitur, quin hifcant; eorumque silentium nonnumquam æque ac verba significant.

Dux detractionum species distingui possunt, quibus passim mortales utuntur; altera crassior est, eorum qui imprudentem, aperte quidquid in buccam venit; effundunt; callidior altera, que clanculum, & per cuniculos veluti irrepit, qualis eorum est, qui simulatæ modesti personam inducunt improbitati, quam animo conceperunt, & quam iustus retinere non possunt. Primum quidem profunda emittunt suspiria, & affectata gravitate, demissis in terram oculis, flebilique voce extrinsecus proferunt detractionem, cui fidem eo magis conciliant, quod postquam omnes proximi sui defectus protulerunt in lucem, ut detractor sui miserantis potius charitatis habeatur effectus, quam improbe invidia, exclamare non cessent: doleo equidem vehementissime; hujusmodi enim homines aliunde optimis sunt qualitatibus præditi, quod alterum detractionis genus prociabulo vulgaris est, & periculosius.

Dux sunt detractionum species.

Hæc est Theologorum omnium post S. Thomam sententia, cum, qui detractionem audit, quin detrahenti resistat (posito tamen quod rationabiliter eidem resistere valeat) per consensum, atque silentium fieri ejusdem detractionis participem; illi enim qui alicui peccato consentunt non sunt minus nocentes illud patrantibus; quemadmodum docet Apostolus. S. hic Doctor quæ citata art. 4. addit, eum, qui alienam audit; & patitur detractionem præ metu, negligentia, vel sese opponendi pudore, non autem præ illius audientia voluptate, venialiter

Qui detrahentem audit, peccat, & nonnumquam sunt hec detractionis consociotes.

PARAGRAPHUS VI.

Delesti ex Affectibus, nuperisque Concionatoribus loci hujus argumenti.

tantum peccare duabus rebus suppositis; altera quidem si noxam damnum hac detractioe illatum ingens non fore; altera vero, si non ea possit auctoritate, qua detrahentem corripere possit. Saepe accidit, ut detractorem audientes sint detrahentibus nocentiores, nisi enim illos, dum charitatem violent, corripiant, & severo oculorum conspectu dolorem testentur; quo his sermonibus afficiuntur, incitant eos, qui detrahunt, ut longius procedant, curiosius percunctantes circumstantias, quae narrationi leporem, lucemque possunt afferre; liquido patet, quod illos ad recentem provocant detractioem, & adeo nocentiores sunt, & causa possissima insurrit, qua afficitur ille, cui obtrahatur, & qui veniunt in ludibrium.

Omnia peccata conscientiam aggravant coram Deo; sed ea, quae proximum vel in bonis, vel in honore, vel in vita laedunt illam, & coram Deo, & coram hominibus simul aggravant. At ea quae ad Deum, quaeque ad proximum pertinent ita con- jungenda sunt. S. Jo. Chrysostomus inquit, ut Deus nunquam ea remittat peccata, quibus ipse laesissimus fuit, nisi hominum damna fuerint reparata. Ad ea, quae ad Deum referuntur, reparanda sufficiunt dolor naturalis; Deo enim se flexi sunt solo dolore; quo peccator ob nomen laetam conficitur. Sed ut ea, quae ad proximum spectant, reparentur, addenda est sincera poenitentiae integra restitutio, quae quidem ubi agitur de detractioe, longe difficilior est, quam alibi; vulneta enim, quae alienae existimationi inferuntur, non nisi cum extremo labore, & difficultate possunt reparari. Cum per fas, & nefas alienis bonis petitus es, si deest tibi, unde illa restituas, non teneris, dummodo verum tibi restituendi insit desiderium; sed quidquid accidit, detractori semper illata noxa reparanda est, quippe honor proximi bonum est, quod semper restituere potes, tantum exempli gratia existimationis, ac reverentiae praesertim erga proximum, quantum contemptum praese se erga eumdem tulisti; ac de illo cum laude tantum loquens quantum de eodem oblocutus fuisti. Nisi per te ipsum restituere potes fructum iniustitiae, ac rapi- nae tuae, hoc per alium facere potes; sed ubi de detractioe sermo est, reparatio debet esse personali. Frustra hac in re indulgentes queruntur Con- fessarii. Deus in Caelo nequaquam ratam facit ab- solutionem, quae in terris extorqueatur, nisi haec absolute necessaria conditio comes accedat.

Quemadmodum bifariam proximi existimatio laedi potest; bifariam quoque potest reparari. Vel enim aliena laeditur existimatio ea, quae vera sunt, in locum profertendo, quae quidem detractio est; vel ficta committendo, quae calumnia est, & directa in flagitiam reparationem etiam cum propria existimationis detrimento; iustum quippe est, ut tuus patiar honor ad hoc, ut honor fratris tui reparetur; & in hac humilitate debiti tui dis- solutio consistit. At nondum satis; cum enim ore tenus reparatur factus honor fratris, teneris etiam pecunia omnes reparare facturas, quas noxia diffamatio peremerit. Ita cum servi fides in suspi- cionem aliquid, eique offunditur labes, omnes atrae calumniae effectus reparandi sunt. Cum de simplici agitur detractioe, consentiunt omnes, in- directam restitutionem sufficere; hoc est se non teneri tunc ad palliodiam canendam, ac menda- cio reparandum honorem; qui vel nimis sincera, vel imprudenter nimis veritatis confessione fuit laes- sus. Hic in circumstantiis iustitiae obligatio us- que fertur, ut fratris tantum existimationis reddat, quantum adeptum fuit, tantumque laudibus ille cumuletur, quantum probis petitus fuit; ac ea ex parte, quae digna laude est exhibeatur, quem- admodum ex parte odiosa fuit exhibitus.

Quaestioni huic respondet S. Hieronymus; non dicimus te peccare, ubi detrahentem audis, quin inde ulla perundaris voluptate, dicimus tantum, te debere horum alterutrum facere. 1. Si dignitas, vel honus tibi aliquam conferat auctoritatem in detrahentem, silentium illi indicandum est, ac ipse corripiendus ob pravos inceptos sermones, prohibendique, ne eos prosequatur. 2. Sin autem hac auctoritate careas, pro virili conari debes, ut im- mutetur sermo; tueri eum, qui accusatur, leniter ostende ea, quae dicuntur, conficta esse posse; se- verum inde oris habitum, ut sermonem hunc tibi displicere sentiant; & tandem, nisi aliter liceat detractorem prohibere, a cactu recede.

Magis

Necessitas reparandae detractio-

Quid fa- ciendum detractio- nem au- dienti.

Detractio rations nunquam defunt; secre- tum illius virus atrem novit tanta caliditate eas praeparandi, easque tanto lepore, ac verborum concinnitate effereudi; ut quidquid vult, persua- deat. Si Religio nullas suppeditat, a politica illas petit; & quos perdere cupit, exhibet tamquam pe- riculosos homines, quibus fidendum non est. Impu- ne conscientias ipsas timatur, & nisi in present- i eorum, quos petit, innocentia quidquam repe- rit, praeterea inquit; omnemque scientiam suae exeret improbitatem, ut historias proferat, atque illationes hauriat, quibus probentur suspiciones, quas aliorum mentibus fludet ingerere; postquam illis detrahentis animus fuerit imbutus. Ex libro cui titulus: Vita Prophetarum.

In plerisque mortalibus sedea improbitas depre- henditur, quae effici, ut honestum hominem bonae existimatione gaudentem laesant; huius meritis parere nequeunt, nec possunt pati laudes, quibus ubique celebratur. Quid interest tua, utrum homo hic ab omnibus generatim probetur? Numquid il- lius meritis invidios oculos tuos perstringit? Me- ritis, ne tuo nominis officiat? Quam fructum per- cipies postquam maledictis tuis illum perdidisti? Visne sumptibus existimationis eius crescere? Cer- to scias quidquid de illo oblocutus fueris majorem tibi, quam illi iniuriam illaturum; haberis tam- quam invidus &c. Abbas de Bellegarde in tractatu de Sinceritate.

Te illius amicum factas, cuius absentes laeditur existimatio; testis es eorum, quae de illo inofficio- se dicuntur; & quin flere cogas eos, qui illi ob- trebant, corporis habitu, ac gestu probas, quid- quid ab illis profertur. Vim non habes tuendi cau- sam illius, cui praesentia blandiris, & qui quotidie sexcentis amicitiae sinceritatem profertis; hancce tu perferam gerere debes? Cum accidit, ut de aliquo te audiente detrahatur, quod crebro accidit, nonne adjicis virus improbarum animad- versionum tuarum, nonne is, quae dicuntur ab illis, deterius aliquid addis? Praefertim vero cave ne illis, quibus obtreclatum fuit, ea referas, quae de ipsis contumeliosius dicta fuerit; neque enim de il- lo benemeris quibus haec nuntias, & certissime illorum tibi confas inimicitias, qui aliorum nomi- ni labem offunderent. Item.

Silentium praesentissimum est remedium contra detractorem; quare, exprobrationes, explica- tiones illam exasperant, non extinguunt. Qui non videtur affici is, quae de se inofficose dicuntur, non laesitur ultra, Virus haec insignis est, & mo- dico fiat sumptus; leniter cum illis agere, qui tux obtrepunt existimationem. Cogimur saepe vivere cum hominibus incommodis, atque furentibus; misere- ri nos oportet imbecillitates eorum, & pati ea, quae vobis modo, de vobis modo male dicunt. Aequi- tas animi, quam praese te fers, cum tibi obtreclatur, saepe magis obtreclantibus displicet, quam acerbita quavis responsio. Item.

Detractor postquam de omnibus oblocutus est, atque aliorum nominis labem offudit, putat hoc lu- dierum aliquid esse, quod mundi consuetudine pro- bat. Verum Deus aliter omnino judicat; noique admonet, se rationem expetitum unius etiam verbi otiose, atque inutiliter prolari. Quomodo ergo poenas respiciet ob contumeliosa verba, quae ad vivum usque interunt vulnus; & quae totidem ve- luti idus pugionis habentur? Item in expositione Proverbiorum.

Nonnumquam in mundo contumeliosa dicta, & calumnia effunduntur, quae adeo boni nominis ex- istimationi officiant, ut insignis qualibet virtus lae- besacta videatur. Quid tunc faciendum? In bo- na conscientia aliquod contra haec mala solutum invenendum est. Tunc homo sapiens Deo magis adhaerere contendit, illi ultionem relinquens ejus, quae sibi fit, contumeliam. Item.

Alii simulatae verecundiae furo conceptam mali- tiam, quam retinere non possunt, adumbrare con- nantur. Videns alia prae se mitit suspiria, sicque qua- dam cum gravitate, & tarditate, vultu moesto, dimissis supercilis, & voce plangenti egredi male- dictionem, & quidem tanto persuasibilior, quan- to creditur ab is, qui audiunt, corde invito, &

Detractio- nis acqui- sitioe inquit- rentis, ut hominum officiant nomi- ni.

Nequiti- eorum qui detractio- nem au- diunt.

mas-

magis condolentis affectu, quam malitiose proferri. Doleo, inquit, vehementer, pro eo quod diligo eum satis, & nunquam potui de hac re corrigere eum: Et alius; Mihi quidem, ait, bene compertum fuerat de illo istud, sed per me nunquam innovas- set; At quoniam pro alterum patefacta res est, ne- gare non possum; dolens dico, revera ita est. Et addit: Grande damnum: nam alias quidem in plu- ribus valet, ceterum in hac parte (ut verum fa- teamur) excusari minime potest. Ex S. Bernardo sermone 24. in Cantica.

De repara- tione de- tractio-

Quodnam conscientiae detractoris onus imminet, cui talis reparatio facienda est? onus tamen, quo nec pietas, neque devotio illum possunt exonerare, nisi primum ex integro reparaverit omnia damna, quae illius detractio proximo peperit. Quodnam difficilium examen, quam quod facere teneret ma- lorum omnium, quae peperit, omniumque suspicio- num, quas de eo, qui calumniatus est, in populi animos fecit? ibi virtus in jocum tractata, hic vir- tutis laus attrita; ibi damnum illatum; hic everta familia; ibi simulatae excitata, hic fatca discordia. Eheu crudelem detractiois cladem! proprii etiam pudoris detrimento tot malis reparare teneret; at- tamen nihil infrequentius hodierna die, quam haec reparatio videtur. Fatentur omnes aequissimum esse, quod illatum proximo damnum reparetur; o- mnes seipso acculent; ac nulla fit reparatio. Ni- hilominus ad Sacramenta frequens patet accessus, preces effunduntur, Poenitentiae Sacramento peccata expiantur; verumtamen viget iniquitas, nisi ama- lita fiat eorum malorum reparatio, quae maledicta pepererunt. P. Masillon Sermone de Invidia.

Saeculi tanta labes est, ut detractioe, quae ma- jori cum improbitate, ac injustitia ibi effunduntur, facilius officere possint hominibus, qui peculia- riter pietatem profitentur. Nulla res est, in qua de- trahentis improbitas majori cum scandalo, ac de- trimento enitecat. In lucem profertur, & am- pliciter defectus privati hominis quem conditio- nis suae ratio minime cogit singularis sanctitatis spe- cimen praesertim; ac quidquid illi obtreclatum fuerit, ad unum illum perhibet. Vituperabitur ali- quis opifex, nobilis, Pater familias, verum illatum eorum existimationis vulnus intra eos continetur; & in eorum simile nequaquam defeviet. Viri boni, Ecclesiastici, Religiosi ita tantum sunt, in quos omnes late effunditur quidquid ab uno, alte- rove eorum fuerit peccatum. Vir aliquis pietati addictus erumpit in iras, vel cupidus terrena bo- na consecratur; statim devoti omnes tamquam ul- tionis cupidi, & avari traduntur. Inter mode- stiam compositamque vitam rationem, quam praese Ecclesiasticus quidem fert, patrum decorae neces- situdinis vinculum elucet; non ille unus culpabitur; sed Ecclesiastici omnes tamquam hypocritae, ac ne- cessari redarguntur. Si Religiosus aliquis quidquam statui suo minus dignum gesserit: Religiosos omnes damnabit detracto, quae ita factum in lucem pro- fert, ut in omnium dedecus cedat, qui eidem fa- miliae nomen dederunt. Liber cui titulus: Ani- madversiones in quarta Religiosis, & Moralis argu- menta.

Proclive illud ingenium, quo rapimur, ut in mun- do ea, quae sancta sunt contemnamus, hanc detra- hendi rationem inspirat. Licentia minus is parit, quae magis reverteri debet; seipsum probare con- tendit, contra fidem is vitae statibus abrogare, qui per se majorem reverentiam sunt digni. Devoti, Ec- clesiastici, & Religiosi adeo tetram adstruunt ideam, cur in eorum statu non vitare eadem, qua in cae- teris, distinctioe? Cur non solum petit nocentem, quin tot illi noxae confortes adjiciat, in quos suum evomat virus? Sallet, quandoquidem hoc illi per- placet, eodem tunc plures, sed minus improba, fute- ritique tunc confidit; & quoniam detrahere vult, saltim intra ea, quae sunt verissima se conti- neat. Charitas detrahentium pruriginem debet extingui; eoque admonere. Charitatis leges non nisi propter Religionis defectum tanta cum licentia subvertit. Item.

Humilitatem habet, qui in ludibrium vertit innocentiam, atque censoriam sibi vendicans au- thoritatem, gloriam austeri illi, qui obtreclat? Ul- lumne humanitatis principium in eo reliquum est, qui virus adpergens alienis factis, atque intentio- nibus, quidquid boni sit, in sequiorem partem in- terpretatur? Credine potest aliquam adhuc probita- tis speciem servari, cum amici adversus amicos, fratres adversus fratres excitantur exaggetando, &

Hondry Bibl. Tom. I.

patrati mali veritatem amplificando? Sed ubi est boni celandi generositas? nonne hinc maxima qua- que mala procedunt? Ex manuscripto sermone de detractioe.

Haec laxissima sunt eorum malorum, quae parit detractio; verum illis ne advertit animus? id ne reputatur, quod alicujus meriti dissimulan- tes, vel imminentes precium eorum verum, quae utiles esse possunt eis, qui nobis minime perplac- ent, vel exceptionem aliquam adlectantes, vel malignum frigus praese nobis ferentes nonnumquam statimus obicem fortunae non solum hominis unius, verum etiam saepe totius republicae? Putamusne in his id tantum inquiri, quomodo libidini nostrae fa- ciamus satis, quin aequum meritis nostrae relin- qnamus? Credimusne coram Deo nobis de hoc ratio- nem non esse reddendam? Demum cohibere nos pos- sumus, quominus lacrymis prosequarum hoc silen- tium, quod de alienis meritis improbe servatur? Quid igitur de illis dicendum, qui malum exasperant? Nonne detractiois injuria detestanda est? Item.

Antequam nigrum thita affigatur illi, qui acu- satus est, non audierit? Cum de bonis fortunae acu- tur, nemo indicta causa damnatur; Judices utran- que partem audiunt, probationes, quae factum pa- lam ostendant, requirunt; aliquando iniuste judica- turi. Sed cum agitur de obtreclatione primum jus est absentem damnare. Id quod calliditas dicitur, & opportuni temporis captandi ad obtreclandum cognitio totam mundi scientiam constituit, quae tota ad hoc unum referuntur, ut personam tuam ferat scias. Cum ille de quo detrahere cupis, adest, co- naris in speciem illius quem solertissimum habere rationem; & oris habitu ad affectionem composi- to omnes illius sensus probare simulas; at ubi ab- sit, simul certum, incertum, serium, ridiculum, committes, ac suspiciones pro rationibus affers, dummodo imperceptibile vulnus inferas, & ille cui hujusmodi vulnera suffigis eis sit est, quos amicos putas, & qui amicus esse debet propterea quod de te toties optime meritis fuit. Item.

Statua illa aurea, hoc est, insignis illa existima- tio unico lapidis ita everta fuit. Daniel Propheta inquit: Lapis sine manibus. Idem quidem vide- tur, non videtur manus; at tamen unico huius la- pidis idu existimatio tanto labore parata corrui- t. At enim, praesentes homines reveremus, ita te detra- ctorem tuentur. Quid autem sinceritas, & genero- sitas? Numquid unquam huc ignis vitae esse de- beret? Quid porro videre potentes homines sua ab- uti potentia usque ad exitium existimationis eorum, quibus haec praese omnibus mundi bonis est cha- rior? Numquid obliiti sunt, quod in auctoritate sua rationem invenire debent, propter quam illis praer- cerent, quos leviter attingere nequeunt? O Mun- di Principes, per calumnias vestras usque ad inte- gram existimationis eorum qui vobis subditi sunt iustitiam proreuditis? Cur vestram volupstatem non sine honoris eorumdem detrimento inquiritis? Hoc pacto illi, qui praese ceteris honoris aliquo gradu nitent, suam offendunt iracundiam; primum qui- dem mera simulata est, quae mox in mortale des- nit odium, cuius causa plerumque solum in pravo eorum inest ingenio. Heu! nonne sexcentis vobis suppetunt modi, quibus poenas repetatis ex illis, qui vos aliquo dolore affecerunt? incuria, quam il- lis testari potestis, nonne satis magna poena est? Verum ad vindictam uti detractioe, turpis est igna- via, gravis iniustitia, & maxima, quae extiterit un- quam, crudelitas. Item.

Videte, utrum detractioe reparatio fit facilis, simulque iudicate, quid sibi velit, damno repara- tionem congruentem efficere. Ipsum etiam qui il- lam vult efficere, numquid possit existimatis? Proh humani generis improbitatem; quantumvis ignavis sis, aures apertas invenies ad audiendum obtrecla- tionem, qua proximo detrahis; at illane apertas reperies, ubi illum laudibus exulteris? faciles qui- dem detractioe praebentur aures, laudes vero non audientur; & si verum est, nihil esse aequae frigidum ac laudes, quae post detractorem alicui tribuantur, non audieris, ubi illatum damnum re- parare, & palliodiam canere vuleris. Verum esto, audiaris; iustam reparationem efficias, frigi- dae haec laudes tui tibi tantum retinendae sunt; an illis omnibus iteranda, qui te detrahentem au- dierunt? Homines nequaquam eadem facilitate bonum, malumque credunt; quomodo ergo credere potes, te illis eam ablatum mentem, ac senten- tiam, cuius tu ipse auctor fuisti? Item.

Cccc

Injustia, quae per detractio- nem proximo in- fertur.

Quam dif- ficilis sit detractio- nis repara- tio.

Si cum illis mihi res esset, qui aperte dumtaxat detraherent, satis esset ostendere, quid in hoc vitio rationi, atque urbanitati oppositum inveniat, ut horror incitaret illis, qui sunt hoc scelere adstricti; sed non defunt detractores quidam, qui fratrum existimationem summa calliditate discernunt, & qui alienas aures, plausibus sibi conciliant. Detraçtio, quam ferunt, in omnem fere terrarum orbem se effundit; ac claustra, non templa vere tur; in summis æque ac imis, apud divites æque ac pauperes invenitur. Hoc vitium non abhorret ab eorum colloquiis, qui sanctissimam vitam vivere existimantur. Zelum ipsum ingreditur, justorum charitate se tegit, ac dici potest, ne unum quidem ab hoc scelere linguam suam, & labia innocua servasse. *P. Massillon sermone huius argumenti pro Passione Dominica.*

Descriptio detractiois & malorum quæ gignit.

Lingua, Sanctus Jacobus Apostolus inquit, ignis est devorans, iniquitatis universitas, malum inquietum, perfidius veneni fons; quæ omnia detractio applicatam, si justam huius criminis ideam vobis nunc velle adducere. Detrahentis lingua ignis est devorans, pulcherrimos quoslibet flores exticcans, immitte furorera suum in triticum æque ac paleam, spiritum, & corpus, populum, & Principem exercens; qui quacumque prætervolat, terram exhalat mephitum; qui in ipsa ulque terræ viscera pervadit, ut quod mortalium memoris mortuum est, proferat in apricum; qui in putridis cineribus intra sepulcrorum horrore latentibus leves inquiri defectus, quos & Dominus dimisit, & tempus oblivioni tradidit; & qui fugo, quo illos illixit, æque præfentes ostendit, ac illis essent temporibus, quo homines vivebant; qui atrum loliginis succum allinit, quos nequit abumere, & urere novit antequam luceat, ne quis suas flammam effugiat. Addere possem detractioem infamem esse secretamque superbiam, quæ fratris talenta in censuram obiecta convertens, existimationem illius lethale vulnus infligit; odium eo gravius, quo occultius; indignam nequitiam, quæ præfentes quidem laudat, absentes vero vituperat; meditatem barbariam, quæ nullam unquam invenire potest excusationem; scandalum impium, quod voluptatem, solatiumque inquirenti mortem infert; crudelem injustitiam, quæ fratri quicquid illi charissimum est, eripitur. Hoc vitio societates dissociant, in Regnis bellum accendi, in Rebus publicis turbas excitari, in familiis discordias feri, fratres adversus fratres, virum in uxorem armari: hoc principium æque ac abedissimæ peccati vitiis sunt, ac eorum, qui omnium futi expertes litterarum: Iniquitatum marium. Denique dicit potest, *universitas iniquitatis, omnia eodem plena esse, & nullum esse locum, ubi non impune grassetur.* Linguam detractiois mortifero plenam esse veneno; spicula eius venenata esse; verba eius necem inferre, ac ipsum etiam silentium vulnera infligere: *Plena veneno mortifero.* Hæc est vitiis huius imago. *Idem.*

Vobismet applicate vulnus, quod fratri inferitis, ac ex dolore vestro dampnum eidem allatum metimini. Dicitis illius existimationem a vobis non lædi, & ea quæ de illo in vulgus profertis, nullum eidem parere detrimentum; at quælo quoniam in illum animo esset affectus, si tantumdem ille de vobis oblocutus fuisset? Proh Deus! quis furor? tunc non satis vobis esset verborum ultionem reperere, ipsam etiam intentionem investigaretis. Frustra aliquis vos ad lenitatem hortaturus diceret levement esse injuriam, existimationis vestræ nullam fieri iacturam, hæc nomini vestro nullam labem ostendere: etenim fureretis, vestrique minime comperes, cæteris furorem hanc damnantibus; soli vestram iustitiam esse querelam affirmaretis. Eheu fratres! Iterum dico, Vobismet applicate vulnus, quod alteri inferitis, vobisque illud illatum putate; numquid hoc levius fratri vestro, quam vobis est? Cur pro fratre aliud, ac pro vobis pondus habetis? Omnia fratris vestro levia sunt, vobis autem gravissima! Verum esto, leves sint fratris defectus, & aliquinde illis additis de vestro? Ullamne conjecturam vestrarum improbitatem admisceris? Nonne vulneribus, quæ infligitis, succum additis, qui non minus periculosus est, quod est sale conditus? atque ut ex fratre vestro Herodem efficiatis, qui placeat, nonne quibusdam ultimis locutionibus, quæ audientium animos ita disponant, ut iniquius de eodem ferant iudicium? Nonne detractioes vestras quodam silentio obvolvitis, quod affectatis, &

plus cogitandum relinquunt-quam quod dicere poteratis; sub quibusdam hœsis, quæ, cum ostendant, vos de industria intra iustos charitatis terminos contineri velle, nullos audientibus terminos servandos relinquunt? Hoc pacto calumniator fit, qui se neque detractorem esse credit. Ad hæc licet etiam detractioes istæ per se leves essent, talem sunt ratione habita eus de quo vivit? *Idem.*

Iusti, Ecclesiastici, ac illi, qui Divino cultui dicati sunt, habendi sunt velut Arca Fœderis a peccatoribus non attingende, & Deus ulciscitur vel levissimas etiam injurias, quibus afficiuntur. Possunt illi quidem ut Arca nutare; virtus enim licet fortissima non semper æque consistit, verum ægre fert Dominus peccatorum temeritatem, qui illos audent attingere. Vix enim manum extendunt, ut Oza, qui ausus est labantem fœderis arcam fulcire, cum illico eos percussit morte; & indignum est, quod illi qui imitatores dumtaxat invenire debent, censuras inveniant. Ita fuerit in arena ab urbi devorati fuerunt, eo quod calvidem Propheta triserunt; ita impius quidam cum tota interit domo, quod hominis Dei propitiam verit in ladirium. . . . Non enim patitur Deus eos, quos ipse honore dignatur, fieri peccatorum ludibria. *Idem.*

Fratrum tuorum defectus in amici unius auriculam revelas; sed ille, cui hos narras, alteri committit; dumque per ora feruntur, prout magis communes sunt, magis augentur. Detractoris lingua similis est igneæ scintilla, quæ ingentem sylvam comburit; publicorum sermonum defectus est malum semper majus pro rei veritate exhibere: quod re adhuc integra de fratre dixisti, parum est, sed unusquisque eorum, quibus dixisti, aliquid addent de suo; & singuli pro libidine aliquid comminiscuntur. Esto quidem, fons fere sit imperceptibilis; fluvius tamen inde exiens universam civitatem inundat; itaque maximum existimationis fratris sui detrimentum. Videt oleum defuisset, quovisque non deerant vasa, quibus contineretur; levis hæc detractio in infinitum crescet, si per plurimorum ora feratur.

Tu qui adeo libere loqueris, & tanta cum voluptate de huius hominis lapsu, felicior illo es, quod de tuis nemo loquitur: verum culpane vacas? Putant homines tibi majorem inesse virtutem; & Deus, qui cordis latebras, penitioresque sinus scrutatur, idemne cum hominibus iudicat? Non debes igitur existimationem tuam nisi quibusdam cautionibus, quas eludere potest Deus permittere, ut de te pejus, quam tu de aliis, homines loquantur. De aliis libenter obloqueris; Verum cave, ne alii de te cum gaudio obloquantur. Memento eum, qui gladio ferit, gladio periturum. Tu qui accipit linguæ gladio fratrem vulneras, gladio eodem pariter vulneraberis. Eadem te manet fors, ac tu quoque his coetum fabula, & ludibrium. Quidam abicant nunc potest quominus eorum, qui aliquid peccati, crimen exaggeret, sed prout ipse peccat, sua quoque crimina amplificat. Ardentissimus videtur in aliorum nominibus exquirendis, sed statim ac illinc egreditur, primus omnium probris proscinditur; & qui fratrem damnasset, primus est, qui a mundo damnetur. *Idem.*

Proximi tui existimationem discerpsit, modo quidem apertis detractioibus, modo vero per cuniculos, ut ita dicam, in audientium animos irrepens callide, atque versute, acerbissimum sermonem blanda quadam præfatione condens, ac floribus circumdante exornans, quod mox veneno inficit. Persuasum tibi sit, non desaturas obreptantem linguam, quæ in te insurgentes venenatis detractioibus tibi ea in animi parte vulnera infligit, ubi dolor acerbissimus futurus sit. Non parent honori, & sapientia tue; veris scitibus remoribus innocentiæ tuæ labem offundent: illos maligna credulitas approbabit: verum patientia tua inter ea proba, quæ tibi ingeruntur, iudicium adstruet, utrum te eorum, quæ de aliis oblocutus fuisti, peccatet. *Flecbier sermone pro die festo Conversionis S. Pauli.*

Si invidia in mundo communis est, numquid detractio minus late grassatur? Omnia scire cupiunt, ut de omnibus loqui possint; mores, ac personas inquirunt, ut illis nebulam adspargendi voluptate perfundantur. Non facris, non prophanis, non vitis, non virtutibus parcitur. Nullum in vita crimen est, quod non delegaret; nullum in familiis dedecus quod in apricum non proferatur.

Vulgo de illis detractiois etiam non dicitur, nisi damnum proximo illatum reparatum fuerit.

Deus detractiois culpa non dimittit, nisi damnum proximo illatum reparatum fuerit.

tur. Quod bonum sit, negligitur, ignoratur; malum vero tenetur, & ut ita dicam, augurando cognoscitur. Judicator non actionem dumtaxat, verum etiam cogitationum, ac intentionum, quas sibi reservasse videtur Deus, malum, & cor humanum licet minime videatur, ac inivum sit detractantium oculis, eorum tamen proba, & obtutus vitare non potest. Uniusque sua est detrahendi methode: alius aperte existimationem fratris sui lethale vulnus infert, quin illud leniat, vel saltem mucronem, quo infertur, contegat; alius verba multis verborum lenociniis condire non cessat &c. *Idem.*

Quinam detractiois vicio maxime patiantur.

Si quis quinquaginta detractiois vicio maxime pateant, respondebo: Ille juvenis qui cum integros dies non aliud habeat negotium, quam totius urbis percurrerem, sedulo inquiri vel minimam querimoniam, quæ virum inter, & uxorem sibi oborta; qui suoque ingenio ad hilaritatem factus primum statim occursum deprehendit, quid uniusque ridiculum inquit, atque intra breve unius horæ spatium, novit ob oculos audientium exhibere quiddam mortaliem infert, quibus os, habitusque, & corporis gestus sit parum abnormis; & qui haud habitant de omnium meritis disciprat, eorumque verum, aut falsum cataderem describit. Homo ille, qui publicis conductus videtur stipendiis, ut familiarum omnium nomenclaturam, & facta recensat; & qui, ubi sese obtulerit occasio, fidelem tenet historiam rerum a parentibus, abavisque illius, de quo accidit fortuna, gestatur. Mulier illa, quæ secretis invidiæ stimulibus acta, & injuria, quæ privatim affecta fuert, excitata, & dolens, quod aliqua vel etiam amici, & familiaris, sibi fuerit antehabita, statim exardescit, ubi de industria aliquot prolata fuerint verba in eorum laudem, quorum amorem abscit. *Ex manuscripto sermone Pat. Stephani Chamillard.*

Qui hujusmodi sermones sibi in habitum convertere audir, habeat proculdubio necesse est, leporem, acrimoniam, festivitatem, quæ aliis quibuslibet negata est. Fas huic est, nugari, augere levissimam quamlibet rem amplificare, sexcentos casus supponere, & festivo, mimisique locutionibus uti. Quæ autem tunc sese prodit hilaritas, omnia læcunt, & placent. Quo quidem non intelligo, quomodo mortalis hieo dotibus præditus certum virorum, qui pietatem, & Christianam charitatem nullo habent in discrimine, radio asserere valeat. Detractori idem accidit, quod Satyrico; uterque existimationem suam si debent argumentis, quæ tractant; & si de seriis tantum loquerentur fortasse inter cæteros non emerit. Verum quam infelix talentum est, & perniciosa cognitio, nosse cum lepore proximi existimationem læcesere, & callere artem onerandi conscientiam feculentis peccatis, quæ nunquam fortassis deleri poterunt! *Idem.*

Sanctus Chryostomus ait, Deum ad pacem, & concordiam inter homines fovendam, docuisse, nullam nobis ab illo veniam sperandam, cum aliquod ex iis criminibus patravimus, in quibus res fratrum nostrorum aguntur, nisi primum illatum dampnum reparare incaperimus: Itaque Deus ille, qui semper paratus est, ut aliquid de suo jure remittat, & nobiscum in gratiam redeat (vera enim penitentia, sincerusque dolor cum lenit, & flectit, si unum ipsum ledere ausi fuerimus) hanc peccatorum nostrorum detestationem repellit, ac se nobis inexorabilem præbet: Deus inquam, alias nobis obligationes injicit, cum illum ad iracundiam provocantes proximo dampnum intulimus; ac illud reparare detrectamus. Utique: ubi hæc adit occasio, a creatura primum venia impetranda est, antequam a Creatore petatur: utriusque negotia simul cohærent, & conjuncta sunt, ita tamen ut quod ad hominem spectat, sit primum. Hujus veniam obtinere contentis? reliqua inutilia sunt, sine fructu, & sine merito: quæ Veritas ita manifesta est, ut nemo illum ignoret, & quiddam conetur, nunquam ex cordibus nostris eam oblitescere possimus. Intelligis ergo, detractori omnino illatum a se dampnum reparandum esse. At aliquinde difficultas, quam hoc munus obire? Nihil exaggero; at equidem credo paucissimos homines velle, & quod maxime terribile est, posse hoc ad unguem explere; & irremissibilis hæc noxa fieret, nisi acceptaret Deus quod facere adimitur, cum id pro vitii hæc

admitur, cum id pro vitii hæc cumus, quod in nostra positum est facultate. *Idem.* Experientiam vestram ipse testor. Ex quo in mundi huius luce versaminis, sexcentas insignes, & noxias detractioes vos audisse non dubito; & fortasse vosmetipsos conscientia vestra redarguit, quod & ipsi in crimen hoc lapsi estis; atque si mecum animo reputare vultis sermones, quos habuistis de adversariis, cum quibus in foro vobis lig erat; de superiore illo, qui vobis erat infestus, & gravis; de competitore, cum quibus in quocumque appetebatis, quoties in toto vitæ vestræ spatio vos alteri detraxisse invenietis? Verum enim vero quorum vidistis ea, quæ dixit, retrahere? Aliquisne vos ipso convenit, ut palinodium canerent, ac se nimis temere locutum fuisse fateretur? Vos ipsi studuistis tutas, quæ certasse invenire vias, ut existimationem, cui dampnum intuleratis, repararetis? Heu! licet toties ad Penitentiam tribunal accesseritis, & inter cætera noxam hanc suis confessi, nondum audita est aliqua retractatio. Si huius obligationis iusta haberetur idea, utraque quæ communis esset; & quot alia obtredata audiantur, totidem dicta retrahere audirent. *Idem.*

Dei servis, cum eorum nomina obtredata infingere solentur, scite, se hoc pacto fieri domocilio illius, qui ante ipsos, & pro ipsis hoc ipsam modo privatum tunc, summa officii fide hac in re imitari debent magistrum suum, quæque illius exemplum secuti, hominum maledicta, & calumnias ferre. Cum enim Mundus sit miseriarum, poenarumque locus, nemo est, qui huic, uti cæteris, minime pateat, & Dei servos ab hominibus sæculi sola patientia distinguit. Hi nonnulli invitati, & animo amaritudine, & impatientia repleto ita participant, ut æque nocentes se præbent; ac illos a quibus læduntur: Servit autem Dei cum humilitate, & pro peccatorum suorum expiatione recipient putans, quas se mereri putant; vel nisi eis merit fuerint, eas alacriter sustinent, quoniam digni habiti sunt, qui CHRISTUM JESUM imitent. *Lib. cui titulus: Passiones Domini JESU CHRISTI.*

Modus rubore suffundendi maleficos, qui omnium maxime præfens, & Christiano dignus sit, est illos per patientiam, suavitatem, & beneficentiam virtutibus erudire. Nullum tempus inutilis teritur, quam quod impenditur adjuvendo, ne homines loquantur. Qui de proximo suo obloqui gessit, querit non utrum jurene, an injuria aliquid dicat, sed ne sibi delit, quod dicat. Numquam majori flagrat loquendi cupiditate, quam cum rationes illi afferuntur, ut taceat. . . . Silentium, suavitas, perseverantia in bono, sancta, & sapiens dissimulation ea sunt arma, quæ validissimi obtredataioni valeant opponi; si enim ex nequitia procedit, satis punitur dolore, quo afficitur, quod libidinem suam nequeat explere contra inimicum, qui ictus populare designatur: Sin autem ex ignorantia, habituque pravo; quam primum illam cohibet silentium, neque diutius blatterat. *Idem.*

Si quod esse potest remedium iis, quæ de nobis dicuntur, illud sane est, nostram vivendi rationem nequaquam secundum hominum dicta conformare, sed potius nullam vituperandi causam illis præbere. Si cordis nostri intentiones actionesque vitæ secundum Evangelii præcepta instituerimus, ea quæ homines dicunt, negotium nobis facessere non debent. Ipsa etiam docet experientia nullum periculosiorem esse scopulum in virtutis via, quam cogitare, quid homines dicturi sint; & eum, qui sese huic subiecit non diu fidelem Deo permanere. *Idem.*

Detractio incurabilis morbus est: inutile igitur est illi mederi velle; ideoque contentenda est si cordis tranquillitatem servare velimus. Eorum enim, qui detraxant, plerique hoc faciunt, vel ut ipsi oblectentur, vel ut nobis nocent. Qui ex sola detrahendi libidine detraxant; nulla religione moventur quantumcumque dolorem afferant aliis, atque se remediis indigere non credunt. Eorum immo agetur voluptas, cum ob ea, quæ dicunt, irascimur, atque ipsorum diceria impatienter sustinemus. . . . Quamobrem Philophi veteres sapienter suadebant, ut detractioes pro salutaribus monitis haberentur, & veluti speculum, quo nobis defectus nostri exhiberentur: vel enim, quod amicus per amicitiam excusat, vel per reverentiam dissimulat, vel non videt per negligentiam, detractor libere dicit, & palam ea ostendit vicia, quæ nobis sunt metuenda. Hinc Sanctus Bernardus ait, virtutem plurimum roboris, & notoris amissuram, *Cccc*

Si quis detractiois vicio maxime patiantur.

Dei servis, cum eorum nomina obtredata infingere solentur, scite, se hoc pacto fieri domocilio illius, qui ante ipsos, & pro ipsis hoc ipsam modo privatum tunc, summa officii fide hac in re imitari debent magistrum suum, quæque illius exemplum secuti, hominum maledicta, & calumnias ferre. Cum enim Mundus sit miseriarum, poenarumque locus, nemo est, qui huic, uti cæteris, minime pateat, & Dei servos ab hominibus sæculi sola patientia distinguit. Hi nonnulli invitati, & animo amaritudine, & impatientia repleto ita participant, ut æque nocentes se præbent; ac illos a quibus læduntur: Servit autem Dei cum humilitate, & pro peccatorum suorum expiatione recipient putans, quas se mereri putant; vel nisi eis merit fuerint, eas alacriter sustinent, quoniam digni habiti sunt, qui CHRISTUM JESUM imitent.

Si quis detractiois vicio maxime patiantur.

si abs-